NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
S
17 — E
57
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71
8
6

34-E-7

34.3.8

DOCTORIS IOANNIS VV. VIRINGI

PRESBYTERI, ET CANONICI ATREBATENSIS.

DE IEIVNIO, ET ABSTINENTIA MEDICO-ECCLESIASTICI

Libri Quinque

Qui abſtinens eſt adijciet vitam. Eccleſ. 37.

Non ſatiari cibis ſaluberrimum. Hippoc. in epidem.



RIGIACI ATREBATIVM,
EX OFFICINA GVLIELMI RIVERII,
M. D. XCVII.

AVGVSTISSIMO,

AC SERENISSIMO PRINCIPI ALBERTO ARCHIDVCI AVSTRIÆ,

S.R.E. CARDINALI, ARCHIE-*piſcopo Toletano, Duci Burgundiæ, Comiti Tirolis, & Habſpurgi, &c. Belgicæ Proregi*

IOANNES VVALTERIVS VIRINGVS

Proſperitatem.

POETVM hunc de abſtinentia meum Auguſtiſſimæ Serenitati tuæ, quando ita nuper annuiſſet, volui inſcriptum. Neque vero maiori præſidio quiſquam eſſe potuit Sereniſſimo Alberto, qui non Mæcenas vnus aliquis atauis modo Regibus, ſed longo Imperatorum

Auguſtiſſimorum ductu editus, Albertum, Federicum maiores; Maximilianos proauum, & parentem; Ferdinandum auum cum Carolo Quinto germano fratre; D. Rodolphum fratrem agnoſcit. Quid? quod D. Philippum II. Monarcham Catholicum, pro quo vniuerſam Belgicam adminiſtrat, auunculum, & ſororium habet? Accedit ſacratiſſimi ſenatus dignitas rariſſimis ornata virtutibus, fide in Deum, Regem, & Belgium; in rebus agendis, induſtria, prudentia, conſtantia, & quæ ceteras tuetur, ſobrietate, ac temperantia, qua ſic enitet, vt clariùs exprimi non poſſit. Hinc nobis ea felicitas, quam ab omni anti-

tiqui-

tiquitate maiores noſtri, qui ſapientia præſtiterunt, habuerunt in votis, vt Regem conſequeremur philoſophum, & Philoſophum regnantem. Humaniore diſciplina politiſſimum, Philoſophum acutiſſimum, ſummum Theologum. Regnantem ſane ita proſpere, vt nihil vnquam quod non confecerit ſit aggreſſus. Vix Belgium attigerat, Hulſtum, Arderiam, Portum Iccium muniтiſſimas vrbes, ſpes hoſtium, armis expugnauit: atque intereà dum noſtris calamitatibus remedium parat, nihil de laboribus remittit, neque ſe reſpicit, inopinanti minaciſſimo hoſti Ambianum Picardiæ cum æneis

tormentis,annona,belli neruo eripuit. Referebat ergo Auguſtiſſimæ Sere.ti Tuæ hanc meam qualemcunque opellam nuncupare, defendere volenti, valentique. Ex Atrebatium vetere Ciuitate CIↃ. IↃ. XCVII. Propridie Kal. Aprileis.

A V-

AVGVSTISSIMO, AC SERENISSIMO PRINCIPI ALBERTO ARCHIDVCI AVſtriæ, S. R. E. Cardinali, Archiepiſcopo Toletano, Duci Burgundiæ, Comiti Tirolis, & Habſpurgi, &c. Belgicæ Proregi,

AC PRINCIPI CLEMENTISSIMO.

QVO *non ſuetâ deferor orbitâ?*
Quid muſa tendis non bene peruicax
Herôas alloqui, ducemque
Militiæque, domique clarum?
Quàm te decoro puluere ſordidum
ALBERTE, *partâ nobilem adoreâ*
Conſpeximus, cùm miles hoſtem
Auſpicijs pepulit ſecundis.
Quandò minaci, non vice ſimplici
Ventoſa faſtu verſa acies retro
Ceſſit, triumphatuſque prædo
Senſit in arma pauens ruentem.
Spumante qualis ſæuus inæſtuat
Euripus vndâ, aut imperioſior
Qalis Noto tunſus remugit
Adria, Sicaniuſue pontus.

At

At non ſagacis ſpernere Palladis
Feſtiua ſuetum munera, & artium
Faſtidioſum Cardo Iberus;
Heſperiumque cubile miſit.
Seſe clientem Pallas amat tuum,
Gaudet Patrono te ſapientia,
Ambitque te penes receſſus
Intrepidos metuens procellæ.
Euolue, PRINCEPS INCLYTE, *proditos*
Sollerte venâ ter-geminos ſales.
Ieiunij libro VIRINGVS
Pæonias opulentat artes.

IACOBVS CALADELPHVS
Societatis IESV.

LECTORI.

EST tibi vel corpus, vel mens malè ſana? VIRINGVM
Conſule, namque iſto curat vtrumque libro.
Ieiuna, mentis ſi vis depellere noxas;
Ieiuna, & toto corpore ſanus eris.

Georgius VV. Viringus I. F. Societatis IESV.

QVOD olim ſuccinctè, ac breuiter de jeiunio, vel abſtinentiâ conſcripſeram, produxi in quinque ſectiones; nè diutiùs Reuerendiſſimorum Ruræmundæ Lindani, & Metelliburgi à Stryen, manibus repugnarem. Fecerunt itaque mortui quod viui non poterant, perrumperem verecundiæ fines, nè longiore interuallo laterent, quas Viri Doctiſſimi lucubrationes dignas luce iudicâſſent. Equidem ſic ſtatuebam neminem decere magis ſtudiorum exhibere ſpecimen in tàm diuturnâ profeſſione, & verò maximè hoc mixti generis argumento. Neque enim ita medicus fui vt ſanctos Patres non legerim, quin imò ſic diuiſi tempora vt vnis vices dederim, alteris non negârim. Videbit qui ordinem penitiùs inſpexerit.

Primo oſtendo mutuam medici, & theologi affinitatem, quo clariùs libri ἐπιγραφὴ innoteſcat.

Hinc educo qui egregiè ieiunârunt.

Tertio Eccleſiaſticas ſanctiones, ieiunij formam, præſcriptos dies, vſuque tritas conſuetudines profero.

Ceteris duobus quę Eccleſiaſticè dixeram, medicè probo: quarto quidem abſtinentiùs viuere, quinto ſalubri conſilio ieiunare. Vale, fruere; certo perſuaſum habe duplici te beandum quæſtu, quòd menti bene conſules, & corpori non malè.

MEMORIÆ SACRVM

REVERENDO,

clariſſimoque viro

D. IOHANNI VIRINGO

QVONDAM ALMÆ NOSTRÆ VNIVERSITATIS

ARCHIATRO,

Eccleſiæ Cathedralis B. Mariæ Atrebatenſis CANONICO;

PRO SVIS IN FACVLTATEM, ET SCHOLAM MERITIS:

Pro ornamento, & decore, publicâ 26. annorum profeſſione in eam collatis.

SVAE GRATITVDINIS, ET OBSERVANTIÆ PVBLICE TESTANDÆ ERGÔ

Ad has elucubrationes.

MEDICA ALMÆ VNIVERSITATIS LOVANIENSIS FACVLTAS hoc Mnemoſynon

L. P.

R.E.

REVERENDO, ET CLARISSIMO VIRO DOMINO IOANNI VVALTERIO VIRINGO MEDICINÆ DOCTORI, ET CATHEDRALIS ECCLESIÆ ATREBATENſIS CANONICO

GVILIELMVS ESTIVS S. T. D. ET COLLEGIATÆ ECCLESIÆ D. PETRI *Duaci Præpoſitus*.

ARGVIT impietas jeiunia ſancta piorum,
   Plurima corporibus quòd nocumenta ferant.
Diluis hoc VIRINGE tuis doctiſſime ſcriptis
   Crimen, & à vero prorſus abeſſe doces.
Quin ea quæ damnat ſectariùs, eſſe ſaluti
   Corporis, atque animi, teſtibus, arte probas.
Sic medicus Medici ſequeris veſtigia Chriſti,
   Sollicitus medici munus obire ſacri.
O verè aureolâ Doctor donande coronâ,
   Quæ tibi perpetuo cingat honore caput.

CLARISSIMO

VIRO D. VIRINGO SVOS LIBROS SACRANTI SER.mo CARDINALI ALBERTO

P. PETRI CARLERII PRESBYTERI ex Societate IESV

Parœneticum Anagramma.

IOANNES VVALTIERIVS VIRINGVS.

En vigor vnus ſalutaris jeiunj.

VT ſacra purpurei perſtent jeiunia veris,
Abromiæ & referant palmea ſerta manus;
Quàm bene purpureo ſacra ſubdis opuſcula Patri,
Pignora virtutis quina VIRINGE *tuæ?*
Prodit ab Vrbe ſalus, prodit vigor vnus ab Auſtro,
Totius vndè boni prodit origo DEVS.
Vna datur Patriæ ALBERTVS *Medicina ſalutis,*
Spes vbi mors exſpes, cœlitus vna datur:
At tu Pandoræ Panacæa medere venenis,
Reſpiranſque tuam ſuſpicit æger opem.
Tu calamo certum præbes cataplaſma ſub vno,
Eſque ſalus animis, corporibuſque vigor.
Cæſaridum decus ille, Patrum decus ille Quiritum
Æterna illuſtris nomina Victor habet:
Tuque Chori celebris, Medicæ ſplendorque paleſtræ,
Immoritura tuæ ſymbola laudis habes.

Ille

Ille ſuâ eſt Mauors galeâ, ſuo & ille galero
Mercurius, Princeps vnus vtrumque refert:
Sic ope tu Chiron, opere es Theophantor; ad vnguem
Effigians vnâ, Doctor, vtrumque manu.
Mercurius linguâ, gladio Mars impetit hoſtes:
Hos tua Suada premit, pennáque acuta necat.
Ille togâ Belgas, belloque, tuoſque labores
Protegit: hos geminæ protegis artis ope.
Indicat ille ſuo Pacem, vel claſſica nutu:
Tu vitæ ſignas, interituſque dies.
Vt tibi, ſic illi, (Quin & tibi turba Nepotum!)
Diſplicet obba Bromi, ſobria menſa placet.
Ceu tua ſcripta docent, ita viuit vterque, quid inde?
Maior vtrique ſalus, maior vtrique vigor.
Inde SALVTARIS IEIVNI EN *palma duorum,*
VNVS *& Archiducis, Archiatrique* VIGOR
Hinc ſacra purpurei ſtabunt jeiunia veris,
Abromiæ & referent palmea ſerta manus.
Quis bene Purpureo neget ergò ſacrata Dynaſtæ
Pignora ſudoris ſacra VIRINGE *tui?*
Diſcite Bacchicolæ, Lurcones diſcite, Ventres
Diſcite multinecem detitulare gulam.
Ver, Mars, Mercurius, Chiron, Theophantor id vrgent,
Veſte, armis, ſuadâ, certa ope, quinque libris.

CLARISSIMO
DOMINO DOCTORI
VIRINGO PRESBYTERO, ET CANONICO ATREBATENSI.

POEONIAS artes, diuino munere, noſtro
Conceſſas generi, nullus it inficias.
Hincque, DEI iuſſu, qui iſthęc myſteria tractant
Dignum eſt pręcipuo ſemper honore coli.
Coum diuinis affecit Gręcia quondam
Laudibus Hippocratem, mox vt abacta lues.
Artis præſidio medicæ mala tetra fugantur,
Et redit in corpus qui fuit ante vigor,
Hinc quoque ſępe fugax hominum producitur ætas,
Aurem pręſcriptis ſi modò prębuerint.
Sunt hęc magna quidem; at corpus ſpectátia tantùm,
An non ęgra ſuum mens medicamen habet?
Ecce Machaoniâ pręcellens arte VIRINGVS
LOVANII columen nobile, & ATREBATI
Non ſat habet diros extundere corpore morbos,
Ni læſis animis proferat antidotum.
Felix ingenium, & cunctis mirabile ſeclis
(Abſit adulari) Docte VIRINGE tuum.
I nunc, & corpus cura, & medicamine mentem,
Corporis idem tu, mentis & es medicus.

Franciſcus Meſchus Niuigellas I.C. Et Paſtor Armenteriæ.

IN

IN CLARISSIMI VIRI DOMINI IOANNIS VVALTERII VIRINGI LIBROS Medico-eccleſiaſticos.

QVeis duplex fuerit labore in vno
Parta fama, fuiſſe credo raros:
Inter hos numerare te VIRINGE
Fas eſt, iuſque; docebit hic libellus,
Corporis ſimul apta ſanitati,
Et mentis ſimul apta qui ſaluti
Dat præcepta: ſaluſque, ſanitaſque
Sit tibi meritò, duplexque fama.

Iuſtus Lipſius fecit.

VIRINGI *liber eſt, ſatis eſt dixiſſe ſcienti*
VIRINGVM. *Si quis neſcit, & hoc habeat:*
Hic liber & pius eſt, & doctus, dicet vtrumque
Si quis doctrinam, vel pietatem habeat.

Idem fecit.

IN

IN LIBRVM

DE IEIVNIO A R.do VIRO, AC DOMINO M. IOANNE VVALTERIO VIRINGO Cathedralis Eccleſiæ Atrebatenſis Canonico, necnon Medicinæ Doctore Clariſſimo.

M. GVILIELMI GAZET ARIENSIS, PAROECIÆ D. MARIÆ MAGDALENES apud Atrebates Paſtoris.

Epigramma hexaſticum.

SINT *procul Hippocritæ, procul hinc malè ſana cateruę*

Qui genium fraudant, & Curios ſimulant:

Vt mens intereà vitijs turgeſcat obeſa,
Fratrum & ſanguineis ebria ſit lachrymis.
Non ita VIRINGVS *Doctor, cui laurea duplex*
Et Myſtas inter, Pæonioſque ſenes:
Cui potiora animi jeiunia: non ita curæ eſt
Nùm vacuus venter preßus orexe latret.
Si tamen hæc coëant, & in vnâ ſede morentur,
O quàm hominem illuſtrant, hoſpitiumque beant!
O fauſtum hoſpitium, jeiuno in corpore ſi mens
Purę ſit, & nullì ſordeat alluuię.

Gazis omnia.

IN

IN LIBRVM
CLARISSIMI
D. DOCTORIS VIRINGI
DE IEIVNIO MEDICO-ECCLESIASTICVM.

DOCTVM Thiologum, virum diſertum,
Peritum medicum, piumq́ue myſten,
Vno nomine vis feram? VIRINGVS.
Teſtatur pia mens, polita lingua,
Manus gnara. Quid inuidus moratur?
Quid mæſtam trahit vſque & vſque frontem?
Vir doctiſſimus vnus eſt VIRINGVS,
Myſtes optimus vnus eſt VIRINGVS,
Peritiſſimus vnus eſt virorum,
Politiſſimus vnus eſt Virorum.
Teſtatur nouus iſte rem libellus,
Doctus, pæonius, pius libellus.
Rumpantur licet æmuli, fatendum eſt
Doctum Thiologum, virum diſertum,
Peritum medicum, pium VIRINGVM.

Carolus Gooſſinus de Societate IESV.

***

Eis

Εἰς τὸ βιβλίον ἰατρο-εκκλησιαστικὸν τοῦ κυρίου τοῦ Ιωάννου
Ουαλτηρίου Βιρίγγου, λαμπροτάτου
καὶ ἐμπειροτάτου ἀρχιάτρου.

Τρίζυγα τῶν ἀγαθῶν, Αρεταὶ, καὶ Σῶμα Φρένεσσι,
Τυγχάνει τριμερεῖ νηστείῃ σωζόμενα.
Πανάρετος, στεφρόσωμος, εὔφρων ἔπλετο νηστὶς,
Χριστοῦ τ' ἰατρῶν θ' ἤτε σοφῶν τρόφιμος.
Τρισσὰ μιῇ βίβλῳ δ' οὓς ταῦτα Βίριγγος, ἀκούσει
Νηστείης τριμεροῦς χριστοϊατρόσοφος.   Α.Ω.Β:

IDEM LATINE.

TRIGA bonorum, Animi mens, & cum Corpore Honeſtas,
Ieiunj triplicis munere ſalua manent:
Corpori firmum, Animi ſanum, & jeiunium Honeſtum eſt,
Quod Medici, & CHRISTVS; quod docuere Sophi.
Audiet, hæc tria dans libro VIRINGVS in vno,
Ieiunj triplicis Chriſtoſophomedicus.

Andreas Hoius Brugenſis.

Φεδερίκου

Φεδερίκου Ιαματίου ἰατροῦ ἐπίγραμμα εἰς τὸ τοῦ Ιωάννου Ουαλτηρίου Βιρίγγου τοῦ ἐν Ασκληπιάδαις ἐξοχωτάτου βιβλίον περὶ νηστείας.

Μυστοπόλων Βίριγγε φάος, κορυφή τ' ἰητρῶν
  Η᾽ μέγα σεῦ δέλτοις τέλθος ὀφειλόμενον.
Καὶ σὺ γὰρ οὐχ ἅλις εἶχες ἀκέστορα τεθμὸν ὀπάσσας:
  Χρυσεα καὶ θειων ἐκ σελίδων ἐρύεις.
Ο῎φρ' υγιῆ στήσῃς ὑγιεῖ ἐνὶ σώματι ψυχὴν,
  Και σέο χραισμήσῃ μόχθος ὅδ᾽ ἀμφοτέροις.
Ο῞ς καὶ νηστείης ὅλος ει πνέει, οὐ γέμεν αὐτῷ
  Νήστιμον ἂν φαίης ὅυτι παρεστάμεναι.
Ο᾽υ γὰρ νῆστις ἔφυ λόγος, οὐ χάρις ἠδέα τέχνης
  Α῎βροχος, οὐ λιμῷ κῶλα πέλει ψαφαρά.
Λάμπει δ᾽ ἔμπλεα πάντα σοφαῖς ἐπαρηρότα Μούσαις,
  Και χροὸς ευσάρκου πουλὺ φαεινότερα.
Ε῎νθεν ἀναλδήσει τοι κάλλιον ἀστέρος εὖχος,
  Καὶ διδύμων χαρίτων ἄφθιτος ἀγλαΐη.

IDEM LATINE.

MYSTARVM VIRINGE decus, columenque Medentûm,
  Debetur ſcriptis gratia magna tuis
Qui non contentus medicas expromere Leges,
  Elicis & ſacris aurea dicta Libris,
Vt ſanam ſano præſtes in corpore mentem,
  Et tuus hic parti proſit vtrique labor.
Qui mera cùm ſpiret toto jeiunia Libro,
  Ieiunum dicas hic tamen eſſe nihil.
Nàm neque jeiuna eſt oratio, nec venus artis
  Arida, nec turpi ſqallida membra fame
Omnia plena nitent doctis exculta Camænis,
  Et bene curatâ ſplendidiora cute.
Hinc tibi creſcet honos nitido fulgentior aſtro,
  Creſcet & hinc geminâ laude perenne decus.

Federicus Iamotius Medicus.

NOBILIS VIRI

D. IOANNIS AM. LANDASII LOVIGNII.

Σοι πολλὴ πέλεται τέχνη, πέλεται πολὺ τέκνον,
Καὶ πολυτεχνὴς εἶ, ϗ πολύτεκνος ἅμα.

D. IOANNES VVALTERIVS

LAVDETVR OS IEIVNANS.

Helluo culpetur, damnetur Pamphagus, aſt Os
IEIVNANS, celebris LAVDETVR ab ore VIRINGI

IOANNES VIRINGVS

AN VIR INGENIOSVS?

Non dubitant, ſed opus mirantia Numina, certo
ANne VIR, *affirmant*, INGENIOSVS *hic eſt?*

ADMODVM

R.do DOMINO IO. VVALTERIO VIRINGO DOMINO, AC PRÆCEPTORI QVONDAM SVO,

PETRVS VVYNANTIVS MEDICINÆ DOCTOR BRVXELLIS.

CORPORA qui triſti curat ſqualentia morbo,
Et reficit medicâ languida membra manu:
Laudem habet is meritò; maiori at dignus honore,
Non ſanis animis, qui bene præbet opem.
Sed duplici palmâ dignus, duplicique coronâ
Qui corpus curat, mentem, animumque ſimul.
Hoc VIRINGVS habet; mens ſana vt corpore ſano
Viuat; age, vno actu totus homo incolumis.

AD

AD EVNDEM.

VT ſanus viuas, ſoſpeſque, malagmate nullo,
Nec clyſtere opus eſt, helleboroue tibi.
Non ſcarus, aut rhombus, non te peregrina Lagois,
Iuuerit, aut Valachris Sturio natus aquis
Non condita Arabum varijs farcimina ſuccis,
Non Maderanis conſita vina iugis
Languentem ſtomachum, tuſſimue, phtiſimue leuabunt,
Seu cùm creſcit hydrops, ſplenue, lienue tumet.
Nàm gula, quáque malum non eſt præſentius vllum
Plures occidit crapula quàm gladius.
Vſque adeò varij vexant mortalia caſus
Secla, nec eſt promtam qui ferat vllus opem.
Adde, quod hæc fœda ingluuies, ventriſque voracis
Ructus perpetuus diſplicet vſque Deo.
Atque hominem cælo genitum obbruteſcere cogit,
Inque canes, & apros vertier, inque ſues.
Quid facimus? quin erigimur? quin ſurgimus antè
Quàm malè ſternaci præcipitemur equo?
Edomet hoc monſtrum ratio, frænóque ſonante
Terna Meduſæi vinciat ora canis.
Quod facis, & triplici dignam certamine palmam
Iure tuam triplici docte VIRINGE refers.
Quippe gulam iugulas, jeiunia ſobria laudas
Monſtrorum domitor, deniq́ue Alexicacos.

Fecit Ioan. Carpenteius 7. Calend April.

ADMODVM

REVERENDO, DOMINO IOANNI VVALTERIO VIRINGO MEDICINÆ

Doctori Excellentiſſimo, ſummæ ædis apud Atrebates Canonico, Parenti Optimo, pientiſſimoque

IOANNES VVALTERIVS VIRINGVS I. de Societate IESV.

QVÆ noua cæleſtes inter diſcordia diuas?
Murmure quis tanto detonat axe fragor
Scilicet eſt Grudij libro vis tanta VIRINGI,
Tantus honos, tantum docta per ora decus.
Quæque ſuum ſibi poſcit opus, nec cedere promptum eſt,
Sacra ſuum Pietas, Suada ait eſſe ſuum
Quid Medicina? graui premit æmula pectora luctu,
Quodque ſcit eſſe ſuum non putat eſſe ſuum.
Miratur ſacræ voluens arcana Mineruæ
Tale nihil medicis ſueta videre ſcholis.
Magna odijs adeò gliſcit contentio magnis;
Impia ſim pietas ſi pia vincar, ait.
Parcite, ſed nàm cur tanto certamine Diuæ
In varias partes dilaceratur opus?
Totus erit, liber vnus erit, tribus integer vnus
Facundus, Medicus, relligioſus erit.

A D-

ADMODVM
R.do D. I. VV. VIRINGO
MEDICINÆ DOCTORI
EXCELLENTISSIMO, ET LOVANII
QVONDAM PROFESSORI PRIMARIO,
Inſignis Atrebatenſis E. Canonico
Cognato ſuo.

CHIRAGRA *cum podagrâ mortalibus hoſpita, quis vos*
Corporis, ac animi pellat ab arce liber?
Pellat ab arce? parùm eſt, quis vos ſuccidere? magnum hoc;
Dignior at Magni nomine qui potis eſt.
O IEIVNARI *qui te exprimit,* ALTIVS VRGENS
Nùm tuus eſt VNVS *Magne* VIRINGE *liber?*
Vnus hic indubiè potis eſt ſuccidere; Magni
Namque Numæ, magnum eſt, atque Philonis opus.
At quanti, fibras quo morbi hic amputat omnes,
Detq; vigere homini VIR NVMA, *virq; Philon?*
Eſurie, nimis hoc? Morbis dant libera tantùm
Tergora, non hoc vis? hoc nimis exitio.

IACOBVS VVALTERIVS VIRINGVS
Medicus Teneramundanus.

ANA-

ANAGRAMMA LECTORI.

IOANNES VVALTERIVS.

OS IEIVNANS LEVATVR.

CEDAT *Apollo ſuis, cedat pater inclytus herbis*
Phillyrides, moly & cedat Atlantiades,
Quis panace oppreſſo poſthac medicabitur ægro?
Quis medicis Arabum meſſibus emtor erit?
Si tua curarum grauibus ſuccumbat aceruis,
Crimine ſi vario mens onerata gemat?
Si tibi aqualiculus multo turgeſcat Iaccho?
Si grauet os, os ſi crapula multa grauet?
Diſce ſalutiferam grauibus ſine ſumtibus artem,
Ne tibi, quid pro quo, pharmacopola legat.
Hîc moly, hîc panaces, ſunt hoc acræpala libro,
His medicâ ſumtis membra leuantur ope.
Os *bene* IEIVNANS *nocuâ grauitate* LEVATVR,
Hoc liber, hoc Auctor, hoc anagramma ſonat.
Os *bene* IEIVNANS *ad culmina iure* LEVATVR,
Inſtar & aligeri ſe ſuper aſtra leuat.

M. Claud. Carlerius. Can.cus Soneg.

DO-

DOCTORIS

IOANNIS VVALTERII VIRINGI

PRESBITERI, ET CANONICI Atrebatenſis

DE

IEIVNIO, ET ABSTINENTIA Liber primus.

De ſtatutis, decretiſque Eccleſiæ Sapientes, & candidi iudicent.

CAPVT PRIMVM.

SI CHRISTIANI hominis dignitatem omnes æquè agnoſcerent, tam infeliciter, temerè, ac inſipienter de ijs, quæ ad eam pertinẽt, plerique minimè iudicarent, nedum contemnerent, aut improbarent; quemadmodum cernimus paſſim cõtingere in legibus abſtinentiæ Eccleſiaſticæ ad hominis integritatem, & conſeruationem ſaluberrimè inſtitutis. Quorum inſolentiæ, morem eorum pręfero, qui contentione veritatem potiorem habent, & cum ſolidâ pietate rerum momenta ſincero, nulliſque prauis affectibus implicato iudicio ęſtimant. Nam talibus, licet paucioribus,

ribus, præſtantioribus tamen placere ſatius arbitror, quàm ex imperitæ multitudinis errore pendere, à quo cum M. Tullio, magni ſemper viri plurimum abhorruerunt. Quid enim eos non iure imperitos appellem, qui brutorum animantium ritu, velut proni, terramq́ue aſſidue ſpectare conſueti, ſe totos ad epulas, illecebras, aliaq́ue id genus corporis commoda componunt? quorum ſtudia probari non poſſunt, niſi eorũ explodãtur placita, qui omni æuo habentur, nominãturq́ue Sapientes. Sed neque deteriore loco noſtram relinqui conditionẽ decet, vt palmam in tam præclaro, & perutili religionis calculo cedat Barbaris, Brachmanibus, Turcis, Bũgijs, cæteræq́ue infidelium turbæ, quę ſimulata pietate, ſic populi mentem faſcinat, vt ſibi ſanctitatis opinionem concilіet. Iam in cõſtitutionibus auitæ Eccleſiæ ſapientius multo alimenta corpori ſubtrahuntur, vnde hominis excellentiæ accedit & fructus, & ornamentũ, minimè verò iugum durũ ac inſalubre inijcitur, neque, quod quidam audent dicere, medicę Scholę decretis contrauenitur. Quod deinceps explicare conſtitui, nil eos veritus, quos peruicaciæ, ac maleuolentiæ virus occupat, nec aliud delectat, quàm damnare, quod non intelligunt, & reijcere quod oderunt, modò in illos incidã quos ſtudium veritatis exhibet dociles, & amor pieta-

In officijs.

tis,

tis reddit obſeruantes. Hinc enim futurũ non dubito, quin his maior creſcet alacritas ad ſacrato obtẽperandum Senatui; illinc verò augebitur cura detegendæ, euitandæque fraudulentæ falſitatis.

Quid prophani Sapientiæ Cultores de vtriuſque hominis parte cenſuerint?

CAPVT II.

CVm olim rerum naturæ contemplatio adhuc confuſa haberetur, pro ſuo quiſque arbitrio Philoſophiam ſibi fabricâſſe videbatur, perexiguo aut nullo ſanè Reipublicæ commodo. Sed poſtquam rerum creſcente vſu, ingeniorumque acumine medicina à ſtudio ſapientiæ fuit ſeparata, (quam laudem Celſus tribuit Hippocrati) cęperunt deinceps ſcientię diſtinctè, & accuratè expoliri, vt tandem proprijs circumſeptę limitibus ad ſuum quęque ſplendorem, perfectionemque peruenerit. Et quanquam non ita ſeiunctę ſint, vt omni prorſus coniunctioni renuntiauerint; ſic tamen pertractantur vt ſingulæ ſingulos ſcopos habeant, quos maximè perſequãtur, dumque ſibi hominem proponunt, aliud atque aliud circa illum intendunt, & ſpectant: quô fit vt modo, ſi neque diſcrepent, nec ſint vtilitate pares. Quod vt perſpicuum fiat, operæpretium arbitror paucis

In proœm ſup. ne- dis.

producere quid tum Philoſophi tam prophani, quàm Sacrorum interpretes; tum Medici, de hominis conſtitutione ſenſerint, vt diuerſitatis, & mutui concurſus ratio facilius intelligatur. Pythagorici, & Platonici ſtatuunt hominem eſſe diuinam mentem terrenis vinculis alligatam: clarius Peripatetici, & Stoici, cõſtare ex anima, & corpore, quorum (inquit Ariſtoteles) alterum imperat ſecundum naturam, alterum paret. Cicero eius primordia ducit è cęlo, & terra. Moyſes in hunc modum loquitur: Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Hanc ἐντελεχείαν, ſiue actum corporis viuentis interpretantur, à qua quidquid in corpore boni eſt proficiſcitur. Hippocrates autem cum cætera animãlia, tum hominem ex igne, & aqua conflans, χαλαχρηστικῶς, pronuntiat, ſcilicet per aquam deſignans terrenam illam, atque ex ſemine concretam aſpectabilem corporis maſſam, quæ ob pinguem, & olei æmulum humorem ſibi inſitum pellicit ad ſe calorem illum cæleſtem, cui igneus vigor eſt, & cęleſtis origo, quem ignis nomine Hippocrates potiſſimum intelligit. Hic omnia per omnia mouet, polit, perficit, regit, illuſtrat, atque tuetur: cumque ſit inuiſibilis, & animæ inſtrumentum perenne, pro anima ipſa ſæpius

1. Pol. c. 3. In Somno Scip. Gen. 2. Ὕδωρ Amid. 6. Πῦρ

pius vſurpatur, quòd ignis vocabulum ob operationem ſuam,& effecta, magis cõgruat Medico tanquam artifici ſenſitiuo. Anima igitur gratiſſimo illi calori iuncta, corpori ſociatur, & immergitur ſpiritus interuentu,& miniſterio:cum verò calor ex corpore trahit, ſedem ſibi, vehiculum, pariter & vinculum aptat,at que conficit. Haud diſſimili modo, quo araneus ex aëre figit, fingitq́ue telã, quâ ſuſtentetur,& hæreat, præterquàm quòd ſpiritus ſit ἀόρισος, quamquam non ἀσώματος. *Spiritus.* *Simile.*

Et eo quidem pacto anima corpori copulatur, conſtringitur,ac detinetur, tanquam in ſuo domicilio, imò, ſi originem ſpectes, concluditur cuſtodiâ, carcere, ergaſtulo, latibulo, vaſe, vaſculo, arcâ, templo, habitaculo: non tamen ſine amore; dum iuſſa exequitur, cedit amplexibus, nexumq́ue admittit, & fœdus, vt iure coniugium dixeris, ex quo velut matrimonio, fiat commixtio conditionis, ſtatus & fortunarum. Proinde vt corpus, & anima ex hoc commercio vnum quiddam inter ſe fiunt, ſic quidquid habent, vtrique commune fieri oportet: & licet corporis conditio illuſtrior fiat, anima tamen quamuis natura excellat, quatenus corpori alligata eſt, eius conditionem imitatur, quòd ſatis dilucidè eſt ab Ariſtotele explicatum. Quippe in omnibus vtitur corporis miniſterio, ex cuius ſubſtantia,&

temperamento pendet, quòd alius alio docilior ſit. Sed nec in intellectu quidquam eſſe Philoſophi docent, quod non prius in ſenſu fuerit, quo rectè Ioubertus colligit facultatem intelligẽtem ſubſidio corporeo indigere. Cùmq; corpus quod corrumpitur aggrauet animam, quãdiu illius cuſtodijs mancipatur, tam parum ſui iuris eſt, vt vix earum functionum, quibus libera, & corpore ſoluta maximè præſtat, vmbram exhibeat, ſed mox vt eſt infuſa per artus, ad eum hebetatur modum, vt nõ iniuriâ (liceat mihi ad ſcopum propoſitum nonnihil fabulari) letheo flumine dixeris ebriam, & omniũ obliuione captam, quã ſummo ſtudio tandem, aliquò vſque licet euincat, vſq; adeo exigua, & breuis eſt gloria, quę decreſcente vitę periodo euaneſcit, dum ad obliuionem recurrẽtem accedit deſipientia. De quo Lucretius libro 3.

Lib. de anima. *Lib. de riſu & alibi.* *Sap. 9.* *Lucretius*

,, *Præterea gigni pariter cum corpore, & vnà*
,, *Creſcere ſentimus, pariterque ſeneſcere mentem.*
,, *Nam velut infirmo pueri, teneróque vagantur*
,, *Corpore: ſic animi ſequitur ſententia tenuis.*
,, *Inde vbi robuſtis adoleuit viribus ætas,*
,, *Conſilium quoque maius, & auctior eſt animi vis.*
,, *Poſt vbi iam validis quaſſatum eſt viribus æui*
,, *Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus;*
,, *Claudicat ingenium, delirat linguáque ménſque,*
,, *Omnia deficiunt, atque vno tempore deſunt.*

Quare

Quare meritò animæ relinqui anſam conquerendi cenſueris, tam cõmodum nunquam obtingere domicilium, vt non malè excipiatur: imò ex aſſiduitate laborũ, animorum hebetatio quædam & languor naſcitur, vt annotauit Seneca, cum tamen corpus, ſine illa cadauer inutile corruptioni obnoxium, & abominabile relinquatur. Nihilominus quędam pręſtari ab anima, quę prorſus ſine corpore non valeret, manifeſtum eſt, velut alimenta cõcoquere, ac diſtribuere, inutilia ſequeſtrare, & excernere, augmentum producere, vitalem auram alternata pulſificatione trahere, procreare, ſentire, mouere. Quę quidem omnia, tametſi quędam nec ſemper, nec vltra præſcriptum tempus, corporis ſaltem commoditati accepta viciſſim reddi ęquitas poſtulat. Proinde cum corpus ſit animæ domicilium, vtique inter ſe cohærẽt, alterumq́ue patefacit alterum, quod etiam Paracelſum ratio coëgit confiteri. Eaq́ue conſideratione, magnum philoſophię lumẽ Galenus, ne diſciplinarum confunderet metas, medicæq́ue facultatis limitibus iuſſu pręceptoris ſe contineret, animæ ſubſtantiam à temperamento corporis noluit ſeparare, non quòd ſublimius de anima nil ſentiret (vt nonnulli ei temere impingunt) ſed quia aliter dixiſſe, non ſatis fuiſſet ſuo inſtituto congruum, conſultò reticuit.

Lib. 1. de tranquillitate.

In paramiro. c. 6.

Lib. de fac. an. ſub initio. de natura humana.

Qui Corpori ſtudium impendunt, in animi quoque curam incidunt.

CAPVT III.

QVI autem propius animi, corporiſque affinitatem, latentémque energiam volet cognoſcere, temperamentorum diſcrimen, & varietatem diligenter expendat, ac maximopere indoles, ingenia, mores & ſtudia, comperiet diſcrepare. Et quidem cholericos (vt vſitato more loquamur) præcipites; ſanguineos, commodos; ſegnes pituitoſos; melancholicos, triſtes; & per ętates, alios eſſe pueros, ab adoleſcentibus, & ſenio confectis etiam in propria conſideratione. Quin etiam cęlum, ſolum, focus, dies, ac hora, ventus & aura, otium & motus, inſignem vtrique mutationem inuehunt. Similiter & ſtudij curæque genus, vigilię quoque & ſomnus: denique vt variæ valetudinis differentię, ita bene, vel male ſe habent, vel à morbis certatim affliguntur, adeoq́ue virtutibus, & vitijs non ſemper æqualis patet opportunitas. non enim (vt dici ſolet) e quouis ligno fit Mercurius. Sed ne prolixitas hic tędium afferat, lubens ad Hippocratis librum de Aëre, aquâ, & locis, libro de dieta & morbis popula-

ribus recurrẽdum iudico. Galenus dilucidè peculiari commentario, quod animi mores corporis temperaturã ſequantur, demonſtrauit, ſcripſitque de animi affectibus tùm dignoſcendis, tùm curandis, inſignes commentarios. Porrò Hippocrates mirus naturæ contemplator diætæ humanæ conſtitutioni congruenter accommodandę, pręſcribendæque intẽtus, laboris, & victus opportunitates tanta induſtria, ac cura pertractauit, vt omnem ſuam operam pœnè in animæ ſolius commoditatem direxiſſe videri poſſit: cumque temperamento ſapientiæ cauſam tribuit, diætetices beneficio animam & meliorem, & deteriorem effici poſſe docet, ea ſcilicet cura adhibita, qua igni fomes ſufficiat, nec eum ſuffocet, aut obſcuret, quod immoderantia promptè efficere ſolet, à qua labefactato ipſius vigore ab animæ motu dependente corpus celerrimè ſeneſcit, & ægrotat, minus verò ſi habitaculum anima commodum ſortiatur ex cuius σύγκρισι, & contemperatione fit vt mens vel ſapiat, vel deſipiat, hoc eſt, functiones tales proferat, ex quibus intelligatur vel probè, vel malè collocata. Hierophylus tradidit eam maximè gaudere, & perſpicaciorem fieri corporis ſiccitate, quæ in humorum tùm puritate, & analogia, tùm complexionis commoderatione eſt conſtituta. Eo opere quod Gal. de ſani-

Lib. de diæt.

Lib. 2. de diæt.

Hierophyl.

tate tuendà poſteritati tranſmiſit, libello item de paruæ ſphæræ commendatione, ac alibi ſic ſalubritatis leges compoſuit, vt ſpiritui non minùs quàm corpori prouidiſſe appareat, præſertim in infantibus, quos cantilenis, tintinabulis, crepitaculis, & cymbalis, aut alijs muſicis harmonijs monęt excitandos. Similiter Aëtius, Oribaſius, Paulus, & inter Latinos Cor. Celſus, ceterique Medicinæ principes in victu per ſingulas ætates definiendo, dum corporis nomen exprimunt, ſimul animæ, animi, mentiſque pœnè faciunt mentionem, nempe vtriuſque fædere, & ſocietatis lege ita exigente.

Naturæ quadam propenſione & audimus libenter & loquimur de ijs quæ ad alteram hominis partem ſpectant.

CAPVT IIII.

QVI olim ſacra profitebantur, velut Orpheus, & Triſmegiſtus ille Mercurius, tametſi diuina ſuo tractarent more, ne quidem vel ipſi ab ijs abſtinuêre, quæ ad vitæ curam requiruntur. Quin ex intimis naturę penetralibus, ceù fatale quoddam, ingenitumque deſiderium prorumpere cernimus, quo illa de vtriuſque portionis totius

ho-

minis conſeruatione ſolicita eſt : non ſolùm enim libenter, ſed etiam curioſè occaſionem quiſque captat, de ijs & audire, & loqui, quæ tùm animo ſeruiunt tùm cuticulam promouent, nunc per cibos & potus, nunc per aliud quodlibet medicę materiæ genus. Cui conſonum plane eſt, quòd vulgo ex pari inſtinctu, tàm eos qui animæ, quàm corporis curam gerunt, promiſcuè medicos appellant: & vt in ſummâ dicatur, Philoſophi quique, ſiue de natura, ſiue de moribus differant, Plato, Ariſtoteles, Plutarchus, Seneca, omnes vtrumque hoc argumentum miſcuêre. Hinc Galenus non alium probat Medicum, niſi qui philoſophiâ (quæ ipſi diuinarum rerum peritia habebatur) fuerit imbutus. Nec memoratione digniſſimum Senem Hippocratem puduit medicum ἰσόθεον nominare, eaque quæ ad Sapientiam ſpectant in medicinâ haberi dicere, eſſeque veri medici animo implexa, in quo veritatis amorem, ac ſtudium, iuſtitięque cultum omnino requirit.

Promiſcua corporis, animíque ſolicitudo ſacris litteris detegitur.

CAPVT V.

SED ne quis exiſtimet vana illa eſſe, & pro ingenij cuiuſq; facultate conficta, diuinarũ rerum internuntium Moyſen(à quo fortaſſis Plato ſapientiæ micas aliquot eſt mutuatus)operæpretium arbitror conſulere: quem ſi quis perſuaſum habeat myſteria ſacro hauſta eloquio, diætetica norma, quę in cibis licita iuxtà ac vetita contineret, haud alio locupletaſſe ſcopo, quàm vt pro nudis ceremonijs enarraret, ſuperſtitioſe ſatis opinari videretur: quod è ſuilla (vt vna plurium exemplo ſit) haud difficulter intelligitur. cum enim lepręobnoxia ſit,quantumuis ſucco,& ſapore placeat,tali prohibitione & continere voluit in officio, & à tanta calamitate (quam illa tota ſua ſpecie, & ſubſtantia inducere procliuis eſt) populum præſeruare. Pari ratione accipiendum, quòd manna, & coturnices dederit ſine labore,curaque hominum,vt inquit Philo,non è terra, more conſueto editum,ſed cælitus exhibitum cibum, prodigioſa beneficentia: verùm tamen, afflictionémne oportet dicere, an potius vbertatem, & copiam,

quæ

quæ inuitet ad ſecurè viuendum ſub diuinis legibus? Tali vero apparatu opportuniſſime genti illi dilectæ, delectæque prouidit, vt inde tali cura redderet morigeram, & ſtudio ſalubritatis ſibi deuinctam. Nec aliam diuina illa ſapientia cum in terris doctoris munere fungeretur, formam amplexa eſt, qua homines à vitijs abſtraheret, & ad virtutes ſtimularet. non enim qui Saluator ad ſalutem immortalem humani generis aſſumpſerat carnem humanam, ſibi ſatis eſſe ratus eſt ad perſuadendum parœmijs, tropis, ſimilitudinibus, alijſque quibuſlibet argumentorum ſchematibus à cibis, & potibus, cænis, conuiuijſque, & alijs naturæ, corporiſque commoditatibus deſumptis, contendere, niſi etiam adderet corporalia beneficia ſanando languores, curando morbos, in vitam defunctos reuocando. Ijs quippe vtilitatibus quas vulgus ſemper maximo in pretio habet, efficaciſſimè ſibi populi conciliauit amicitiam, auctoritatem, fidem. Nam & Salomone teſte, ex ijs quæ *Sap. 13.*
ſpecie delectant, dominator eorum ſpecioſior agnoſcitur: quam ob rem diſputauit ſuper lignis à *Item 3. Reg. 4.*
cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus. Quin ex viſibilibus, ter maximo Paulo autore, inuiſibilis intelligitur Deus. Quorum ille inter cetera ebrie- *Prou. 20.*

tatem tradit aduerſam ſapientiæ, hic verò vinum
Ad Timoth. conſulit tanquàm congruum ſanitati. Quod
quanquam peculiariter ad animi ſcopum non
pertineat, ſicut nec ad Medicum propriè ſpectat,
mores virtutéſque tractare, tamen ſic naturâ,
comparatum eſt, vt animi diſſolutione, atque
proteruiâ, nec corpora valere, nec per corporum
laſciuiam virtutum diſciplina poſſit ſubſiſtere.
Eaq́ue propter virtutum magiſter medica præcepta
colligit, & medicus ſapientię leges debet &
callere, & applicare. Quod maxime perſpicitur
in directione puerilis ætatis, quę vt ad omnem
motum eſt flexilis, maiore cura indiget,
quæ plurimùm conſiſtit in delectu pij, probiq́ue
pędagogi, & ſobriæ nutricis. Quanquam
etiam ei incumbat, paſſim dum pro officio cum
omnibus aſſidue conuerſandum eſt, vitia quæque
reprehendere, ex quibus ferè contingit ſanitatis
robur diſſolui, & morbos ſuſcitari. Vnde
iure aſtringitur, quæ ad animæ expiationem
circa ægrotos requiruntur, ſolicitè, & tempeſtiuè
In Charmide. procurare. Quod Platonem monuiſſe legimus
ſcribentem in hunc modum. „Quemadmodum
oculos ſine capite curare non decet, ne„que
ſine reliquo corpore caput, ita neque ſine a„nimâ
corpus. Quibus in Eccleſiaſtico hæc eleganter
conſentiunt: Fili in tua infirmitate ne deſpicias

ſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe cura- „
bit te: Auertere à delicto, & dirige manus, & ab „
omni delicto munda cor tuum. Da ſuauitatem, „
& memoriam ſimilaginis, & impingua oblatio- „
nem, & da locum medico. Etenim illum Domi- „
nus creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius „
ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quando in ma- „
nus illorum incurras, ipſi vero dominum depre- „
cabuntur, vt dirigat requiem eorum, & ſanitatem „
propter conuerſationem illorum. Hæc ibi de „
Medico. Cum verò energumenorum exorciſ- „
mo, & liberatione inſtituenda eſt actio, conſtat multum conducere egregiam corporis repurgationem. Omitto alia quæ adhiberi ſolent, ſaltem ſub ſpecie corporalis remedij, cuiuſmodi eſt fumus incenſo iecore, cordiſque particulâ piſcis à Raphaele oſtenſi, excitatus: & radix quæ dicitur à Salomone demonſtrata, cuius virtute, Ioſephi teſtimonio, per odorantium nares dæmonium extrahebatur. Verùm propriáne virtute talia contigerint, an latente myſterio, R.P. Petro Thyræo, alijſque eiuſdem diſciplinæ doctiſſimis viris, qui corporalem poteſtatem in Spiritus denegant quidquam poſſe, diſcutiendum relinquo. Ceterum ex his, & multis alijs argumentis, mutuâ membrorum, ac mentis concathenatione perſpectâ,

Tob. 6.

Ioſephus.

Parte 3. de dæmoniacis cap. 48.

Dom. à Soto lib. 1. de nat. & grat. cap. 3. Theologi non erubeſcunt pronunciare, naturalis Philoſophiæ (cuius non infima pars eſt quæ de ſanitate diſſerit) conſiderationem ſacris literis, & rebus fidei intelligendis, haud paruo eſſe adminiculo, Pæda. l. 2. cap. 1. præſertim ſi Clementis Alexandrini accedat conſilium de animæ expurgando oculo (quod hominis proprium eſt) caſtaque, & ſancta carne tuenda: vnde cœtus fidelium, dum pro communi ſalute ad Deum fundit preces, à primis inſtitutoribus edoctus, quotidianum panem, etiam corporalem, ex Chriſti formula ſemper poſtulare conſueuit, ita ſanè, vt nullo vnquam tempore deſinat repetere, & quod tantopere neceſſarium eſt commendare, ad hoc ſuauiſſima varietate conceptis, editiſque verbis tantâ virorum, doctrina, virtute, & auctoritate præcellentium induſtria vt & pellatur faſtidium, & excitetur deuotio. Hinc ex magno illo Gregorio canitur.

Gregor. *Ne fæda ſit vel lubrica*
Compago noſtri corporis.

Ambroſ. *Ex Ambroſio.*

Sint pura cordis intima,
Abſiſtat & vecordia:
Carnis terat ſuperbiam
Potus, cibique parcitas.

Idem. *Item ex eodem.*

Ne

Ne corpus adſit ſordidum
Nec torpor inſtet cordium,
Nec criminis contagio
Torpeſcat ardor ſpiritus.

Etiam in vſu eſt hæc formula:

Sic corpus extrà conteri,
Dona, per abſtinentiam,
Ieiunet vt mens ſobria
A labe prorſus criminum.

Sed hoc ex hymnis illius frequentius.

Hoſtemque noſtrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Et verò quoties ſalutem mentis,& corporis ſolitum flagitare? nunc,vt mente,& corpore pariter expediti,quæ Dei ſunt,liberis mentibus exequamur; nunc, vt ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna: vel,à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per ſingulos dies dicitur, Gubernare dignare Domine Deus,Rex cæli & terræ, hodie corda,& corpora noſtra,ſenſus,& actus noſtros, &c.Quandoque etiam hoc pacto.

Mundo corde,& corpore
Paradyſo redde tuo.

Et,quod noſtrum maxime confirmat inſtitutum, etiam talis precatiuncula pronuntiatur in

officio: Deus qui miro ordine Angelorum miniſteria, hominumque diſpenſas, concede propitius, vt quibus tibi miniſtrantibus in cælo ſemper aſſiſtitur, ab his in terrâ vita noſtra muniatur. Sed quoniam ex ijs quæ hactenus dicta ſunt, extra omnem eſſe controuerſiam ſatis intelligitur, animam à corpore, & viciſſim corpus ab animâ ab hac infernâ coniunctione ineuitabili nexu, communionéue ſeorſum omnino ſumi non poſſe, iuſtiſſimam mihi relinqui occaſionem arbitratus ſum, expendendi nùm ea quæ ab Eccleſiâ ex diuini magiſtratus ſanctione præſcripta, præceptaque habentur de abſtinentiâ, & maximè Chriſtianorum ieiunio, doctrinæ medicę ad Hippocratis, & Galeni, eiuſdemque claſſis profeſſorum ſententiam congrua, ac conſona comperiãtur Quod vt crederem, coëgit Chriſtiana illa Reſpublica, cuius conſtitutiones, gubernatio, & œconomia antiquiſſimam habent originem: regiturq́ue ipſa, & ducitur præceptis, legibus, ſanctionibuſq́ue perpetuis, conformibus rationi, ac æquitati ſine vllâ vacillatione conſentientibus. Cumque hoc ſolum veram, puram putámque ſapientiæ indicet, teſteturque ſçaturiginem, alibi quàm hinc tentare, quod quærendum, expiſcandumq́ue propoſui, ſcilicet ex tortuoſis, procelloſiſque Euripis, non ſolum temerarium,

ſed planè ridiculum debere iudicari. Nihil enim ſolidi ab ijs expectare licet, qui non ita pridem ſibi omnia ſine titulo vendicant, aut olim arroganter aggreſſi in neruum prorſus eruperunt, tanquam firmamento quo ſuſtinerentur deſtituti. Ergô vt ſomnia prætereo illos, imò ceu fumum potius quendam ex vliginoſâ, putreſcenteque materiâ, hinc inde leuem, vagantem, caliginoſamque flammam profundentem, in quâ ſplendoris lucidi nihil appareat, ſed tandem ſuffocatis lambentibus ſcintillis, prorſus euaneſcit, nihil deinceps relinquens pręter fætorem, & abominationem. Verùm de his prolixius, vt eo clarius inſtituti noſtri ratio probaretur, atque pateret, quo vel à paucioribus agnoſcitur, vel à pluribus fortaſſis irridetur. Proinde finem dicendi prædictis imponimus, ad ea quæ initio pollicebamur orationem tranſlaturi.

IEIVNIO, ET ABSTINENTIA
Liber II.

Ieiunandi leges à Catholicâ Eccleſiâ deſumendas antiquitas, conſenſio, autoritas, amplitudo, ſplendor, dignitas demonſtrant.

Capvt primvm.

QVEMADMODVM natura pro climatis, loci, conditioniſque diuerſitate hominum cœtus diſiunxit, ita opinionum varietas animos hominum in infinitas eáſque diſſentientes ſectas ceù turmas diremit, & ſeparauit. Quô fit vt tot, tantaque in orbe ſententiarum diſcrimina habeantur, multique qui parum proſpiciunt errore vagentur, nec quod ſequantur facilè inueniant. Quod tamen non admodum foret difficile, ſi quiſque ſyncerè veritatem quæreret. Cùm enim vnica, & immutabilis ea ſit, impoſſibile eſt ipſam apud omnes in tantâ diſſonantiâ iudiciorum inueniri: ſed nec ad plures pertinere veriſimile eſt, quod omnino partitionem recuſet. Quare in eam hominum ſocietatem oculos conijcere decet, quæ quam longiſſime, latiſſiméque diffuſa maximè emineat, & clariſſimè conſpicitur, codicillorum præ-

præterea antiquitate ſibi autoritatem conciliauerit, & ſplendorem, conſenſione denique Sapientiæ laudem ſit conſecuta. Eam autem eſſe dignam Rempublicā quæ optima iudicetur, eo magis innoteſcet, ſi gubernatio eo ordine inſtituta ſit, vt circa ſummum principatum, aliόſque magiſtratus nec pietas deſit, nec reuerentia, ſintque qui præſunt boni, & ſapientes, qui ſemper conſiderant & vtilitatem eorum quos gubernant, & in quem finem conſpirent, amicitiaque ſeſe mutuò complectantur. Atque talem quidem ſe ſola exhibet quæ Catholica Eccleſia ab auis, & atauis, iuſto ſemper titulo eſt nuncupata, multis oraculis olim præuiſa, vmbris, figuris, exemplíſque prænuntiata, potiſſimum per Iſraëliticum populum expreſſa. hunc in regnum ſacerdotale olim diuini numinis maieſtatem aſſumpſiſſe ſacræ teſtantur literæ, gentémque ſanctam appellaſſe. Diuus Petrus primus ille ſacræ monarchiæ ductor, haud dubitauit id Christianis potiore iure attribuere, vos (inquiens) genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, populus Dei; nempe illos ſub ſuo grege minime comprehendens, quibus Sacerdotij nomen prorſus eſſet inuiſum. Cùm itaque in tam elegantem, ſuauiter, ſapienterque conſtitutam Rempublicā perfectamque Chriſtianorum 1. Pet. 2.

ciuitatem inciderimus, leges, ſtatutaque, quibus illa tanquam mœnibus circumuallatur, & protegitur, non ſuſpicere, & quaſi pro nænijs habere non ſolùm abſurdum, ſed ſtolidum, & impium cenſeatur. Quapropter ea quę circa abſtinentiam ita præſcripta ſunt, ſine vllo metu tot tantiſque rationibus inſtigati plana, perſpicuaque reddere contendemus.

Æquiuoca ieiunij vox explicatur.

CAPVT II.

SED eximenda primùm eſt abſtinentiæ, & ieiunij vocum homologia, quâ nixi malitioſi quidam incautos, ac rudes nonnullos in errorem pertraxerunt. nam vt abſtinere, ſic & ieiunare varij modis intelligitur. quicunque enim a re quapiam, ſiue illa animi, ſiue corporis tùm commoda, tùm detrimenta cõcernat, ſibi temperant, continéntue, dicuntur abſtinere. Sic inter ceteros
Cap 6. diui. Inſt. Lactantius, manus ab homicidio, & proſtitutis abſtinere vetus eſſe præceptum perhibet: aliàs, ludo, epulis, vino, carnibus, à potatione, ab actibus prauis, demum licitis, & interdictis, ſalubribus iuxtà ac noxijs abſtinere dicimur. Ieiunium au-

autem quamuis & ipſum latè ſubinde extendatur, fere tamen arcticribus limitibus conſtringitur. Nam magnum quidem, & generale ab inſigni illo Chriſtianæ Scholę lumine D. Auguſtino deſcribitur, abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus huius ſæculi & in hoc ſęculo, quaſi quadrageſimam abſtinentiæ celebramus, cùm bene viuimus, & ab illicitis (inquit) voluptatibus abſtinemus. Alexandrinus etiam, Ieiunia ſignificare (ait) omnem generaliter abſtinentiam ab omnibus malis, tam quæ actu fiunt, quàm quæ verbis, & ipſâ cogitatione. Idem Origenes apertè confirmat. Ieiuna à malis actis, abſtine à malis ſermonibus, contine te a cogitationibus peſſimis. Ad eundem modum venerabilis Beda ſcriptum reliquit: Ieiunium generale eſt, non ſolùm ab eſcis, ſed à cunctis illecebris abſtinere carnalibus, imò ab omnibus vitiorum paſſionibus. Calumniam etiam ipſe Cicero, terram Virgil. Cupidinẽ Lucret. D. Ambroſius mentem, imò & perfidiam ieiunam nuncupauit. Quin & oratio parùm fæcunda, facundaq́ue, paſſim ieiuna appellatur: in illis ſiquidẽ velut ſuccus quidam requiritur ad ipſorum ſplendorem, vigoremque, metaphoricè nimirum, quemadmodum cogitationes, affectioneſque animæ reputantur alimenta, quorũ abſtinentia jeiunium

Tract. 17. in locum.

Clem. Alexan. lib. 6. ſtromat.

In leuit. c. 16. hom. 20.

Beda in Lucam.

Bernard. ſerm. 3. de quadrag.

Ieiunium ſpirituale. nuncupatur ſpiritale. Verùm propiùs, ac propriè ieiunium ad edulia & comeſtionem pertinet, & maximè, vt diſertiſſimus ille Leo cognomine Magnus indicat, ad cibi diminutionem. Quod etiam Græci appoſitè exprimere videntur vocabulo τῆς νηστείας. etymologia quaſi ἀπὸ τοῦ μὴ ἐσθίειν, id eſt, à non comedendo, ſiue corporis vacuitate deducta, vt crapulæ, ſaturitatiue, ſeu *Cælius Rhode.* (vt quidam appellat) panariæ ebrietati è diametro ſit aduerſa. Nam & ieiunum inteſtinum idcircò medici indigetârunt, quòd minimum Chyli retineat, ac præ ceteris magis vacuum inueniatur. *Corporale Ieiunium.* Ceterum huiuſmodi à cibis corporis neceſſitati, ſeu naturę genio ſeruientibus abſtinentia, corporalis ieiunij nomine deſignatur: eo tamen diſcrimine, vt vitæ frugalitatem, quam ſobrietatem, parſimoniámque licet appellare, ſub ſe comple- *Morale Ieiunium.* ctatur, quam theologi Morale ieiunium vocant. *Naturale.* Deinde alterum cenſetur Naturale Ieiunium, quo natura prorſus cibo, & potu fraudatur, quale medici requirunt, vt medicamenta purgantia congruè aſſumantur, & Chriſtianorum pietas ad communionis ſacrę reuerentiam exigit, penuria imperat, morbus ſubinde cogit, & ſceleſta quorundam voluntas perfi[d]è ad necis proprię conci- *Præceptũ ieiun.* liationem ſuſcipit Quibus & tertium ieiunij corporalis genus accedit ex religionis pręſcripto inſtitu-

ſtitutum, cibi nempè ſubtractio, carentiaque non perpetua, ſed temporis ſpatio deſignata.

Quæ hîc dicuntur de corporali ieiunio intelligenda.

CAPVT III.

PORRÒ de corporali ieiunio, ſiue abſtinentiâ à cibo, quicquid de Ieiunio præcipitur, intelligi neceſſum eſt. Nam Spirituale illud quod dicitur ieiunium non ſimpliciter, ſed vel magnum, vel generale, vt paulò antè citata autorum verba indicant, ob metaphoram profertur, neque afflictionem parit. Etenim

Nil conſcire ſibi, nullì palleſcere culpâ

iuge eſt conuiuium; ad quod inuitat, ac trahit ratio, perſuadetque haud ęgrè, dum ſemotis prauorum affectuum nubeculis, liberè dominatur, vt quiſque libētiùs internę ſuauitatis epulis delectetur, eaſque ſtudeat ſemper habere familiares. Verùm dum ſpirituale vocatum Ieiuniū perpetuum eſſe cognoſcitur, non item ſemper corporale, hoc tamen ſibi illud jeiunium perpetuò poſtulat ſociari, naturâ alioquin per vices reſtaurationem requirente. Non enim, quod eleganter apud Leonem legimus, in ſolâ abſtinentiâ à cibi, ſtat noſtri ſumma jeiunij, aut fructuosè cor- *Serm. 4. quadrag.*

pori eſca ſubtrahitur niſi mens ab iniquitate reuocetur: Indignum quippè foret ieiunantium mores à puritate perfectæ continentiæ diſcrepare. Proindè de ſpirituali accipi non poteſt, quòd Regius ille pſaltes, poſt delitias corpori ſuo ſubtractas conqueritur, genua ſua infirmata eſſe à jeiunio, & carnem à ſuo vigore immutatam, propter deficientem pinguedinem, quam ſcilicet jeiunium, ciborumque defectus aſſumpſiſſet. Sed nec ad temporum diſtincta interualla arctari lex illa poteſt, quæ vitia, moréſque prauos prohibet, quam etiam Scriptores, quantumlibet ſceleſti, & improbi inuiolabilem docuerunt, adeoque eorum qui vel jeiunia damnârunt, aut eorundem obſeruátiam per tempora diſtributam improbârunt, ſeu aliter pro ventris imperio confinxerunt: temerè, fruſtrà, & abſque ratione commenta (velut ab Auguſtino contra Aërianos, Hieronymo contra Iouinianum, alijſque doctiſſimis viris aduerſus reliquam gaſtrimargorum turbam acriter inſudatum eſt) conuellendi, & refutandi ſtudium ſuſciperetur, cùm nemo eorum ſit quorum & lingua, & calamus non perpetuò commendadauerint virtutem. Sic igitur, & Prophetarum monita, Moyſis de jeiuniorum ſolemnitatibus inſtituta lex, Saluatoriſque circa Phariſaicas, fucataſque jeiunādi conſuetas obſeruantias intelligendæ:

gendæ ſunt reprehenſiones, quod ea iuxta ſpiritualem ſenſum ex virtutum intermiſſione nullo niterentur fundamento. Sed nec decuerat metaphoris toties repetitis obſcurare, quæ planè, ac ſæpius ſacrorum oraculorum contextu fuerant commemorata. Quare de corporali jeiunio tantùm ſermonem hîc inſtitui iam ſatis ſuperque ſit prælibatum. Proinde jeiuniorum, & abſtinentiæ hiſtorias non minùs vtiliter quàm iucundè producturi videmur tùm ad confirmationem eorum quæ modo diximus, tùm ad illuſtrationem eorum quæ poſteà meditamur.

A cibis abſtinendum eſſe ab origene jeiunij, & prophanis exemplis liquidò probatur.

CAPVT IIII.

MIRVM profectò eſt rem nullam tàm ſacram, tàm longâ, ac certâ origine ductam, tàm clarè denique explicatam, quæ non etiamnùm in dubium vocetur, ne dicam tanquam ſuppoſititia reijciatur. Tantumq; valere apud quoſdam opinionem, ac prauam volútatem vt nec oraculis fidem adhibeant, ne ijs quidem locis vbi ſeipſa expreſſo

velut ſcholio explicant,& interpretantur. Quo fit vt & praxim ſacrarum rerum rideant, & calumnientur,veræque diſciplinæ vincula diſſoluant, abrumpantque, Solicitè enim hoc machinantur qui in ventrem credunt inſtar τῦ ὄνου piſcis (vt tradunt Philoſophi) cor in ventre habentes ἀκέφαλοι, helluones, voluptarij, victum in dies perſequentes perinde ac non victuri, ad ingluuiem nati, nullumque ſuis cupiditatibus frænum inſtar indomitorum equorum imponentes,eam affectantes libertatem, quæ lege careat,& pyrauſtarum in morem in interitum deducat:quod quàm improbè circa abſtinentiæ,ieiunijque propoſitum contingat,luce meridianâ manifeſtius perſpicitur, ſi abſtinentiæ inſtitutionem ab ipſorum protoplaſtorum ortu principia cœpiſſe, Deo autore, repetamus. Ipſis enim in deliciarum horto primùm collocatis,permiſſum eſt de fructibus lignorum veſci, præterquam ex ligno ſcientiæ boni, & mali, de quo præceperat Deus, ne comederent: & mulier videns quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis,aſpectuque delectabile, tuliſſe narratur de fructu illius, & comediſſe, dediſſeque viro ſuo, qui etiam comedit. Sic enim vterque abſtinentię legem violauit, quæ in non comedendo fructu fuerat conſtituta: adeoque coæua

D. Baſil. Serm. de Ieiun.

Baſil. Serm. 1. de Ieiun.

homini.

homini ieiunij lex extitit, atque ipſa in paradyſo commoratio ieiunij quædam eſt imago, non ſolùm (inquit Baſilius) ob paucorum ibi indigentiam, ſed quoniam quanta cogitatio poſteà reperit nobis in paradyſo manentibus excogitata non erant. Sancti omnes velut hæreditatem quandam ex Patribus accipientes ieiunium ita ſeruârunt, vt pater filio per manus ad hanc vſque diem traderet, neq; in paradyſo terreſtri vinum, non carnium eſus; poſt diluuium vinum repertum, & niues inuentæ deliciæ, victus ille parcus, olera, herbæq́ue abierunt. Porro vt extra diſceptationem Scriptura ſacra aſſereret, ſæpius cibum, panem, carnem, ſanguinem adijcit quandò de ſubtractione alimentorum incidit occaſio, vti in ſequentibus exemplis pleniùs intelligetur, cum magnâ eorum confuſione, qui obſtinatè dant operam vt gulæ negotium tueantur, dum conſcientiæ ſuæ prætextu non ceſſant repetere, quod olim quibuſdam in ore haberi ſolitum commemorat Hieronymus: Cur me abſtineam à cibis quos Deus creauit ad vtendum? Pudor ſanè, eos qui Chriſtiano optant cenſeri nomine, etiam ſolem ſic velle obſcurare, cuius lucem & ipſi prophani ſapientes re ipſâ prodiderunt. Nam idcirco abſtinentię laude habentur celebres, Zoroaſtes, quòd in deſerto victitauerit caſeo annis viginti:

Hieron. ad Letam.

Ptolomeus Lagi filius, Diogenes Cynicus, Syruſque rex præter panem vix corpori quicquam conceſſerunt, nempè ne victus indulgentiâ præclaræ animi functiones obſcurarentur, aut ſegniores euaderent, nihil ceterorum alimentorum, aut parum admodum comedebant. Quo ſtudio Aegyptios quoque Sacerdotes extollit Herodotus quaſi idcircò multa de diuinitate conſecutos; addit Origenes illos inſuper omnibus, capris, bubus, piſcibus abſtinuiſſe. Gaudentius Merula Sauromatas, qui vltra Boriſthenem ſunt, & paludem Mæotidem Boream verſus, cibos ſemper capere diebus alternis, medio abſtinere commemorat, quod & a Plinio dictum prius. Anchimolus, & Moſchus Ælienſes Sophiſtæ totâ vitâ hydropotę fuerunt, ſoliſque ficubus deſiderio ventris ſatisfecerunt. Pytagoras animatis omnibus, & fabis ſibi interdixit. Appollonius Tyanæus a vino, & carnibus abſtinebat. Philimus, Theophraſto autore, ſolo lacte totâ vitâ vſus eſt. Athenienſes execrabantur edendi auiditatem, ob quàm Bæotios pingues, & rudes fatuoſque nuncupârunt. Galba certe perſuaſum ſibi habuit, nullos proptereà minus metuendos ijs qui de ſolo victu cogitant.

Contra Celſum lib. 5.

Lib. memorab. cap. 2.

Lib. 7. cap. 2.

Orig. con. Celſum. lib. 5.

Theophraſt.

Suet. in Vitellio.

Qua

Qui methodo jeiunârint qui præ ceteris in lege veteri floruerunt.

CAPVT V.

SED ENIM ijs de abſtinentiâ ſic expoſitis, potiore iure jeiunium de alimoniæ priuatione, qualis illa Sauromatarum accipietur. Quomodo Heliam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ambulâſſe vſque ad montem Dei Oreb in fortitudine ſubcineritij panis, de quo comedit, & hauſtu aquæ quam bibit, ſacræ docent literæ: & ipſi quadraginta martyres ſic interpretati ſunt, quandò quadragenarij numeri memoriam ſacram recolentes, ne quadrageſima corona deeſſet, Dominum deprecati ſunt vnâ omnium hac oratione. Eſt Domine in honore quadragenarius numerus, quem tu quadraginta dierum jeiunio decorâſti, per quē diuina lex ingreſſa eſt in orbem terrarum: Helias quadraginta dierum jeiunio Deum quærens eius viſionem conſecutus eſt. Sic illi. Eandem illam periodum jeiunandi ter perſoluit Moyſes, ſemel vt decalogum ſuſciperet, bis vt populi peccatum expiaret. Quod eleganter magnus ille Baſilius explicuit his verbis.

Reg 3. cap. 9.

Breuiar. roman.

Quis hoc ieiunium aliter intelligat, quàm de abſtinentiâ cibi & potus, per quam Propheta ille ter maximus tabulas decalogi accipere meruit digito Dei ſcriptas, quando gula vna miſerabilis populi illas caſſas, & irritas feciſſet, expreſſè ſubiungitur: Sedit enim populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Niniuitarum tam rigida fuiſſe abſtinentia legitur, vt nec infantibus (de brutis animantibus prætereo) vel papillæ vſum per triduum permiſerint. Dauid, & viri eius ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius. Idem ieiunauit ieiunio, nec comedit cibum donec filius obijſſet. Quin & impijſſimus Achab vſu alimentorum ſibi interdicto proijciens ſe in lectulum, notatur non comediſſe panem. Ioſaphat timore perterritus ad rogandum Dominum ſe contulit, & prędicauit ieiunium vniuerſo Iuda. Viri Iabes ſepelientes Saul ieiunauêre ſeptem diebus. De Sampſone certiſſimum eſt, quòd matri præceperit Angelus, ne attingeret quæcunque ex vite procederent, non vinum, non ſiceram biberet; vt meritò a D. Baſilio notatum ſit, Ieiunium concepit, jeiunium nutriuit, ieiunium fortem effecit. Iudith ieiunauit omnibus diebus vitæ ſuæ pręter ſabbatha, & neomenias, & feſta domus Iſrael. Heſter iuſſit Iudæos ſecùm ieiunare, modum

Exod. 32. *2. Reg. c. 1.* *2. Reg. c. 12.* *3. Reg. c. 21.* *Paral. 2. c. 20.* *Iudic. cap. 8.* *Iudith.* *Heſter.*

dum exprimens, non edatis, neque bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis ſimiliter jeiunabo. Daniel tribus hebdomadarum diebus lugens, ſic adiecit: Panem deſiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum. Sara Raguelis filia Tobiæ juniori deſponſanda perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuę, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit, vnde & ab Aſmodæo liberata eſt. Huiuſmodi jeiunium prædicauit Eſdras iuxtà fluuium Ahana vt affligerentur coram Domino, aitque poſteà, jeiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrum, per hoc & euenit nobis proſperè. Tale jeiunium ſanctificari præcepit Ioël. Tale eſt jeiunium quarti, & jeiunium quinti, & jeiunium ſeptimi, & jeiunium decimi menſis ex præcepto Domini exercituum domui Iudæ in gaudium, & lætitiam, & in ſolennitates præclaras, apud Zachariam. Simile jeiunium fuiſſe ſentiendum eſt Iudæ Machabæi, ſociorumque eius. Nec poteſt à prodromo illo Chriſti Baptiſtâ eremiticæ philoſophię principe huius nominis ſeiungi jeiunium, quem non alijs quàm locuſtis, & melle à ſeptimo ætatis anno victitâſſe, & à ſicerâ, eoque quod inebriare poteſt ſemper abſtinuiſſe, ex ipſis veritatis archiuis accepimus.

Daniel c. 10. *Tobiæ cap. 3.* *Extra lib. 1. c. 8.* *Ioël. c. 2.* *Zachar. cap 7.* *Quater in anno jeiunium à Iudæis obſeruari debuiſſe Petrus Salatinus de arcan. Cathol. verit. lib. 1. c. 5. ex doctrina Rabinorum.* *Machab.* *Luc.*

Quis propriè jeiunus, ex Græco, & anglo idiomate declaratur.

CAPVT VI.

CETERVM jeiunij obſeruantiſſimos fuiſſe Apoſtolos, alioſque Domini diſcipulos, nimis clarè ſignificat Euangelica hiſtoria, præſertim ſi Græcus conſulatur ἀυτόγραφος, quod enim Latini habent, jeiunantibus omnibus dixiſſe Spiri-
Act. c. 13. tum ſanctum, Segregate mihi Paulum, & Barnabam, hoc ille voce νηστευόντων exprimit, ſicut poſteà, Tunc jeiunantes, & orantes poſuit νηστεύ-
Act. c. 9. σαντες, καὶ προσευξάμενοι. Id de Paulo explicatiùs Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιεν. id eſt, & erat tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit. Et iterùm, cùm Lyſtræ,
Act. c. 14. Iconij, & Antiochiæ Paulus, & Barnabas conſtituiſſent per ſingulas Eccleſias preſbyteros, & orâſſent cum jeiunationibus, Græcè μετὰ νηστειῶν. ſe commendârunt Domino. Et rursùm, cùm non eſſet tuta nauigatio, Paulus διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν. ſuos conſolabatur, commendabatque Deo. Sal-
Marc. c. 9 uator etiam genus quoddam dæmoniorum eijci non poſſe diſcipulis reſpondit, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ, καὶ νηστείᾳ. Quapropter νηστεία, νηστεύειν, & νηστισμὸς voces

voces accommodatiſſimæ ſunt, etymologicè ἀπὸ τοῦ νὴ ἐσθίειν deductæ, quod ſonat non comedere, vt νηστεία non comeſtio intelligatur, quaſi cibi carentia, atque priuatio, vnâ voce jeiunatio. Iàm jeiunij vocabulum toto orbe apud omnes inualuit, neque enim quiſquam tàm alienus à communi ſenſu reperitur qui ieiunum quempiam dixerit, qui cibi quantulumcunque ab ipſo diei exordio ſumpſerit; vnde & ſoluiſſe, fregiſſeque ieiunium talis vulgò dicitur, adeò ſanè rei accommodatâ phraſi, vt Angli haud aliter jentaculum efferre hactenus conſuêrint, quàm *Breakefaſte* id eſt, fractione jeiunij.

Strictiſſimè jejunârunt proto-Chriſtiani, ac maximè Apoſtoli.

CAPVT VII.

SED non abs re futurum arbitramur, ſi priuſquàm longiùs excurramus, qualia priſcorum Chriſtianorum, & qui deinceps ſecuti ſunt jeiunia in medium proferamus, vt ex ijs quæ ſponte ſuſcepta ſunt, quæ fuerit Eccleſiæ Catholicæ in ſanciendis abſtinentiæ legibus pia prudentia, ſine negotio demonſtremus. Siquidem incredibilia fuiſſe jeiunia vtriuſque ſexus religioſorum

De morib Eccleſiæ c. 32. & 33.

Mediolani, & Romæ irrefragabili D. Auguſtini autoritate aſſertum eſt, qui etiam ſolo pane quoſdam in deſertiſſimis locis vixiſſe, per certa ſibi temporum interualla allato, annotauit. Philo ille philoſophus natione Iudæus in Syriâ, Palæſtinâ & apud Ægyptios circà Alexandriam, Eſſeos à ſanctitate dictos circiter quater mille commemorat ſummâ religione Deo ſeruiuiſſe (D. Hieronymus de Chriſtianis id interpretandum monuit) addens alibi, nec cibum, nec potum quenquam ſumpſiſſe ante ſolis occaſum, frugalitatis, & temperantię ſtudioſiſſimos, nonnullos ex his vix tertio quoque die famem ſenſiſſe, nec defuiſſe qui duplum perdurarent eius temporis, & vix ſexto die deguſtâſſe cibum, aſſuetos, ſicut Cicadæ, rore viuere, ſeptimum verò diem vt feſtum, ſacratumque honore dignatos eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiebant, ſicut jumento relaxantes laborem continuum, in cibatu vti ſolitos pane ſimplici, ſal vicem ſupplêſſe opſonij; qui delicatiores haberentur, hyſopum pro condimento adieciſſe, potum è fluentis hauſiſſe (nam vinum habebant pro veneno afferente dementiam) contenti placare dominas à naturâ mortalibus additas famem, ſitimque abſque omnibus lenocinijs, abſtinendo rebus ſine quibus non licet viuere Hęc

Libro Quod probus.

Hieron. de Script. Eccleſ.

Lib. de vita contemplat.

Philo.

Philo. Sed à B. Marco Euangeliſta B. Petri diſci-
pulo, ex cuius ore (Euſebio teſte) Euangelium
exceperat, Alexandrini fidei rudimenta (vt Pe-
trus Damianus meminit) jeiunij, continentiæq́ue
præcepta acceperunt. Quo fit, vt Eccleſiaſtici
quoque Magiſtratus coryphæum, ac Chriſti ſuc-
ceſſorem D. Petrum inſtar magiſtri ſui jeiunium
coluiſſe credendum ſit, cuius doctrinam Marcus
ita auidè hauſiſſet, & tàm fideliter ſuis diſcipulis
Alexandriæ expoſuiſſet. Accedit quòd à Domini
in cęlum aſcenſione, ipſe D. Petrus, vix alio cibo *D. Clem.*
vſus fuiſſe tradatur quàm pane cum oliuis, cum *recogn. lib. 7. ad*
oluſculis raro. addit Nazianzenus lupinis famem *Iac. frēm*
pellere conſuêſſe. Quid quòd lachrimis aſſiduis *Domini. Nazian.*
ipſi ſemper ſtillârint oculi? quibus genialior nu- *in orat. de amore*
tricatus ſiſtendis ſolet eſſe remedio, & contra- *paup.*
rius afflictioni, quam Dauid, audito quòd *Reg. 2.*
mortuus eſſet filius, cùm vellet deponere, petiuit, *c. 12.*
vt ponerent ei panem & comedit, quo erectis
corporis viribus pelleret lachrimarum expreſſo-
rem. D. Iacobum Domini fratrem agnomina-
tum, & Bartholomęum inter Apoſtolos nobili- *Egeſippus*
tate illuſtrem habitum, haùd credi poteſt, in jeiu- *apud Euſeb.*
nij obſeruatione cuiquam ceſſiſſe, quando ex *hiſt. lib.*
nocturnis, atque diurnis genu-flexionibus (vel *2. cap. 22.*
centies repetitis) patellæ ad tibiarum flexum ca-
melorum in modum occalluiſſe, ex hiſtorijs

conſtet. Egeſippus apud Euſebium illum refert nunquam carnes in cibum, aut vinum in potum adhibuiſſe. D.Mathæus a carnibus abſtinens, ſeminibus, baccis, oleribuſq́ue victitans, putáſne ceteris jeiunauerit minùs? In vitâ D. Thomæ quem Germanis quoque prædicâſſe credibile eſt, refertur crebrò jeiunium ſeptem dierum obſeruatum. ξηροφαγίαν, ſiue ſiccorum eſum, Apoſtolorum tempore in vſu fuiſſe Epiphanius autor eſt, adeò vt per ſex dies paſchatis omnes populos in eâ perſeuerâſſe teſtetur, nullo alio cibo quàm pane, fabis, & aquâ ad veſperam vtentes. Dionyſius Alexandrinus idem confirmat, quoſdam ſex integros dies, duos, tres, quatuor jeiunos tranſegiſſe. Martyr Ignatius, Conſuetudinem ſeruari præcipit, quâ quartâ, & ſextâ ferijs moris erat jeiunare.

Clem. Alexan. pæd lib. 2. cap. 1.

Epiphanius. Cõp.

Epiſtola Canon ad Baſilidem.

Ad Philipp.

Anachoretarum, & Ægyptiorum patrum ſpontanea paradigmata.

CAPVT 8.

AEGYPTII Patres virtutem abſtinentiæ coluerunt, quam eſſe totius monaſticę vitæ fundamentum ſtatuebant: inter quos Paulus ille Anachoretarum primus, dimidiato duntaxat pane, quem

quem coruus quotidiè attuliſſet in deſerto victitauit. Verùm cùm Antonius verè magnus ad eum acceſſiſſet, duplicata annona eſt, integer videlicet panis ſimiliter à coruo ſubminiſtratus, fonte limpido vtriuſque ſitim leuante. Alioquin Antonius panem ſolùm cum ſale, & aquam poſt biduanam, triduanam inediam non rarò comedere ſolitus eſt. Hilarion autem ſanctiſſimus à primâ adoleſcentiâ in Palæſtinâ ſic abſtinuit, vt primò niſi crudiſſimis herbis, poſteà coctis, ſed ſine oleo, deindè ficubus, & oleo veſceretur, nec demùm niſi ętate inclinatâ panem admitteret. Eam jeiunandi normam, per totam pœnè vitam arctè, ſolicitéque ſeruârunt, vt ne per infirmitatem quidem viuendi ſecuritatem relaxarent, nec ante veſperam cibi vel minimùm attingerent. Stupendum eſt Ioannem, Andream, & Philippum, quos in Ægypti ſolitudine reperit Pachomius hebdomadarum continuata jeiunia ſoluere ſolitos Dominicis diebus, quandò ab Angelo ſingulos panes accipiebant, addito altero pane cum acceſſiſſet Pachomius. Refert Caſſianus Monachum quendam nunquàm ſibi ſoli cibum indulſiſſe, ſed etiam ſi per totos quinq; dies ad eius cellulã nullus aduenìſſet refectionem iugiter diſtuliſſe donec ſabbatho, vel dominico die deuotę *De ſpir. gaſtri. Lib. 5. c. 26.*

„ congregationis obtentu procedens ad Eccle-
„ ſiam, peregrinorum quempiam reperiſſet; quem
„ exinde reducens ad cellulam, cõſorte eo refecti-
„ onem corporis, non tàm ſuæ neceſſitatis obten-
„ tu, quàm humanitatis gratiâ, cauſaque fratris aſ-
„ ſumeret. Idem commemorat apud ſenem Peſium, Ioannem Abbatem ſolere dicere, ſolem nunquam ab annis 40. ſe reficientem vidiſſe. Sed nec Epheſius Anachoreta per totidem annos ante ſolis occaſum comedit. Mutius abbas ſolis Dominicis pane veſcebatur diuinitus, ceteris diebus abſque cibo permanſit.

Lib. 5. c. 27. de ſpiritu gaſtrimar.

Nec ſuo muneri defuerunt Græci, quo ſummâ ſunt animi alacritate perfuncti.

CAPVT IX.

INTER Græcos, Elpidius Cappadox per viginti quinque annos tantùm bis in hebdomada, Dominicis nempe diebus, & feriâ quartâ cibo veſci dicitur cõſueuiſſe. Sampſonis Dolenſis Archiepiſcopi jeiunia modò biduana, modò tridua-na, modò integræ fuerunt hebdomadæ. De Epiphanio quoque Cyprio legitur habitâſſe in loco quinque miliaribus ſeiunƈto ab aquis; & ſale, pane, & aquâ modicâ ad imitationem Hilarionis cuiuſdam

cuiuſdam monachi, ſe ſuſtentaſſe, cibum ſubtrahens ad duos, tréſue, ſæpiſſimè quatuor dies, & ſubinde ſeptem. Sed omnem admirationem ſuperat quod de Nicolao Myrçorum Archipræſule hiſtoriæ meminerunt, adhuc in cunis vagientem ſic jejunium amplecti cœpiſſe, vt quartâ, & ſextâ ferià ſemel tantùm ſugeret vbera. Nobiliſſimus Ioannes ille Calybita apud Aſcetas ſexennio nihil niſi corpus Domini ſumpſit. Fidem pœnè ſuperat Simeonis Stilitis abſtinentia, qui in columna annis quadraginta incredibili jejunio perſeuerauerit. *D. Hier.* *Metaphr.*

Quid hoc in genere præſtiterint Europæi.

CAPVT X.

ACTVM Temperantiæ inſigniter exercuerunt Europęi; tantum valuit pœnitentiæ ſtudium, tàm gratus labor jejuniorum, & obſequia diuina. Tanta abſtinentia fuit S. Genoueuæ Pariſienſis vt à decimo quinto ætatis anno, bis in ſeptimanâ veſceretur pane hordeaceo, & fabis, continuando ad quinquageſimum annum, quandò Epiſcopi eam coëgere vt lac, & piſcem adijceret. Carolus Magnus etiam cum periculo valetudinis, quòd eſſet procerus, & giganteæ molis, jejunijs *Bonfinus lib. 5.* *Mutius lib. 8. & Regino lib. 4.*

F triduo

triduo corpus exercuit expeditione in Mauros ſuſceptâ ad Aniſum fluuium. Stephanus VValachię Palatinus trecentis ſuorum profligauit Turcarum 12000. ſoliq́ue Deo victoriam acceptam referens, toto deinceps quatriduo præter panem, & aquam cibo abſtinuit. Ieiunio triduano Cecilia Angelũ virginitatis custodẽ promeruit. Seraphicus Franciſcus, tanquã alter Moyſes ter quadrageſimariam periodum ieiunando peregit. S. Dimpna ex hiberniâ patris furorem declinans, tribus menſibus ieiunio, & orationibus vacauit. Nobiliſſima Gertrudis mirumoperè ſeſe ieiunijs extenuauit. Quid dicã de præclarâ illâ, ac ſanctâ Pipini familiâ quæ tot ferè habuit ſanctos quot principes? inter quos memorabilis illa Verona Caroli Magni proneptis, quæ ſecundò in Brabantiã venit. i. ex arce paternâ mundi pompam execrâta Lembecũ fratris viſendi causâ, non dubium, quin in tàm longo pedeſtri itinere ſine viatico, ſæpe grauiſſimâ eſuritione laborauerit, cùm ex oraculo cognoſcere meruerit ſeſe propè Louaniũ in monte S. Crucis ſepeliendã. Beatiſſima Clara quadrageſimam maiorem, & alteram D. Martini ieiunauit in pane, & aquâ; feriâ quartâ, & ſextâ nihil cibi ſumebat; triduanum quoque ieiuniũ illi familiare Aſſiſienſis Epiſcopus, & B. Frãciſcus inhibuerũt, imperantes, vt nullum diem prætermitteret quo adminimum

Crom. lib. 28.

Bonauẽt. in vitâ S. Franc.

Mola. in Martyr. Chron. Brab.

mum ſeſquiunciá panis comederet. Romoaldus Camaldunenſium inſtitutor quindecim annis, non niſi ad finem hebdomadę cibũ capiebat, hoc cenſens eſſe omninò ieiunare, totũ diem ſine vllo cibo tranſigere. Catharina Senenſis ieiunãdo tandem omnem cibum auerſabatur, & triennio ſolo ſynactico pane victitabat. Maria Ogniacenſis virgo, & vidua Niuigellenſis à feſto exaltationis S. Crucis vſque ad paſcha obſeruauit ieiunium per annos tres in pane, & aquâ, fertur perſeueraſſe ſine cibo per 35. dies; ante obitum nihil diebus 53. guſtauit præter viaticũ Chriſti. Nicolaus Tolentinas, annis triginta nunquàm carnem, oua, lac, piſces, ac nè poma quidem in cibum adhibuit, ſecundâ, quartâ, & ſextâ ferijs, atque in honorem beatiſſimę Virginis Dei genitricis etiam ſabbatho ſemper ieiunauit ſolo pane, & aquâ contentus. S. M. B. Ignatius de Loiolâ ſocietatis IESV fundator inſignis in abſtinentiâ fuit, itaque ſuis præluxit, vt Petrus faber in niue ſub dio ſine cibo & potu omni prorſus ſex dies peregerit. Franciſcus Xauerius Indiarũ, Chinæ, Iaponiæque miraculum, & Apoſtolus cui ſaxũ ceruical, ſomnus ſæpè vix horæ vnius, labores ſummi, & itinerum difficultates maximæ jeiunus quatriduum fuit. Franciſcus Borgias ex duce Gandię tertius prò Soc.^te IESV, Prępoſitus Generalis, cùm adoleſcens obæſo admodùm

Reimund. in vit. S.

De Vitriaco.

Breu. Rom.

Petrus Maffæ. De Vitâ B. P. Ignat. l. 1. c. 21. Riba deneira Payna.

Andre. Scottus de vita l. 3. Ribadeneir.

modum, & craſſo eſſet corpore, poſt aſſiduis ieiunijs, ciborumque abſtinentiâ à cęnâ temperans adeò ſeipſe macerauit, vt ventris cutem duplicaret, & togę inſtar pellem quò vellet referret: ventrem eſſe dixiſſes inanem.

Moſchis etiam ſua ſtata jeiunia.

CAPVT XI.

Annal. Societatis Ieſu 1581. Anton. Poſſeuin in Moſcho.

NOTA eſt Moſchouia inter Barbaros haud infima, eâ ſolet frugalitate vti, vt perpetuò victus parcus, & parabilis, eiuſdemque tenoris, Cępe, & braſſicæ ſint in præcipuo honore. formula ipſis eſt inuitãdi, & abſoluti prandij Clepda ſol, id eſt, ad panem & ſal. habet ſtata ieiuniorum tempora quibus carnibus, lactarijſque abſtinet, in quadrageſimâ Latinorum more, quam poſt ſexageſimam inchoat, abſtinetque carnibus, poſt quadrageſimam verò etiam ouis, lactantibuſque, mox à dominicâ Trinitatis vſque ad feſtum SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, & ex Calendis Auguſti, quem famem ſancti Petri dicit, aduſque feſtum aſſumptę Deiparæ: Poſtremò in aduentu Domini, cuius ex idibus Nouembris initium ferunt, qui dies ibi ſancto Philippo ſacer eſt, ad natalem Domini. Per hebdomadam, feriam

quar-

quartam, & ſextam, diem præterea decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, & exaltationis S. Crucis, ſine carnibus, lactarijſque traducunt Moſchi, exceptâ paſchatis hebdomadâ, ac tempore quod inter natalem Domini, epiphaniamque intercedit, quibus temporibus perpetuò carnibus veſcuntur. Cùm communicaturi ſunt, quod ad arbitrium faciunt, 2. 4. 6. ferijs ieiunant, quæ antiquata conſuetudo quamuis ab ipſis in ſuperſtitionem abiuerit, non leuiter ieiunium commendat. Qui apud illos Monachi ſunt (ſunt verò plurimi: exemplo ſit monaſterium ſanctæ Trinitatis, in quo trecenti quinquaginta numerantur) carnibus omnino abſtinent: victus illis tenuiſſimus ex ſale, pane, piſcibuſque quos ipſimet capiunt.

Quid hac in parte fecerint, conſilio inducti Sanctorum ordinum integerrimi viri, apud quos nondum antiquus rigor deferbuit.

CAPVT XII.

CAETERVM durior planè rigor ille qui natâ primum Eccleſiâ exercebatur, quandò quiſque corpus ſuum in ſeruitutem redigere, & mentem ſtudio pietatis prorſus mancipare, pro feruoris (qui

tùnc erat longè maximus) impetu contenderet, Chriſtianis omnibus ciuitatem vnam quodammodò referẽtibus, quorum & cor eſſet omnibus vnum, & anima vna, nec quiſquã peculiare quid, aut proprium poſſideret, ſed eſſet multitudinis credẽtium veluti quoddam prytanęum, ſeu Academia vbi quiſque aſſiduè de Chriſto, & regno Dei philoſopharetur : nec erat vlli quippiam priùs, potiuſque quàm ſpretis caducis rebus omnibus, æternam noctedieque theologiam pertractare, tantâ animi voluptate, vt corporis curæ obliti, vix tandem naturæ neceſſitatis memores, non niſi poſt multos ſæpè dies de cibo ſumendo cogitarent. Sed cùm creſcente fidelium multitudine feruor ille deficeret, & attereretur, prudenti patrum conſilio jeiuniorum, & abſtinentiæ ratio ad certas quaſdam leges, & normas eſt deducta, quas, qui vellent ceteris religioſiùs viuere, non tàm ex communi præcepto, quàm particulari præſcripto ſine vitę diſcrimine, aut remiſſione amplecti poſſent. Proindè moderationes variæ ſunt adhibitæ, ex quibus omnibus liceret ſeligere, quas ſibi ſumpto periculo magis conuenire arbitrarentur : vndè fit vt in tàm diuerſâ formâ religionum, jeiuniorum obſeruationem & florentem, & firmam perdurare videamus. Proindè meritò ſibi gratulari Eccleſia poteſt,
quòd

quod quanquàm in pluribus ſit indulgentior, nondum hactenùs primam auſteritatem amiſerit, cumque omnia non poſſimus omnes, modos ieiuniorum, tanquàm prudens mater, per tempora, naturaſque diſtribuit maximè accommodatos, vt qui non poſſent fortiſsima ferre ieiunia, & ſuſtinere, in facilioribus ſubſiſterent. Quarè diuerſorum ordinum ductores ſuſcitauit, qui tales ſuis regulas præſcriberent, quas quiſque ſuo ſeculo magis congruere iudicaret, quaſque ſuſcipere poſſent citrà temeritatem, cùm pauci ſint qui de ductione supernâ ſecuri imprudenter, & indiſcretè ſeſe valetudinis aduerſæ exponant periculo. Quibus ſapienti conſilio Diuus Hieronymus occurrens, eos admonet, Tantum modum jeiuniorum ſibi imponant, quantum ferre poſsint.

Hieron. ad Nepot. Baſil. reg c.10.

D. Hier. vbi ſupra.

DE IEIVNIO, ET ABSTINENTIA

Liber III.

Publico, & communi Eccleſiæ præcepto impiè ab hæreticis, & deſidibus Chriſtianis detrahi quî conſtet?

CAPVT PRIMVM.

POSTQVAM abſtinentiæ, jeiuniorumque ratio ab antiquitate, vſuſque perpetuitate in vltroneis, & legibus varijs confirmata eſt, à conſilijs tandem ad publicum, & commune (vt D. loquitur Hieronymus) præceptum ab Eccleſiâ Catholica omnibus impoſitum progredimur. Sed nè quis exiſtimet, quod maligni quidam, atque peruerſi homines in circulis, ac tabernis odio ſanctioris diſciplinæ paſſim apud indoctum vulgus obſtrepunt, alimentorum ſubtractione necis occaſionem dari, ac proinde abſtinentiæ munus Sanctorum ſimulacris, quæ capitum duritie ferendo ſunt, eſſe committendum, ſacros Legiſlatores, ſanctæ Ciuitatis archiua, atque vniuerſi Saluatoris regni Sanctiones, vſitatáque verba

Ad Nepot.

ba perluſtranda cenſeo. Sic quæ jeiunij ſit finitioquæ pręſcripta formula, ordo, modus menſura, finis, voluntas nullo negotio cognoſcetur.

Quandò antiquitùs ſolutum jeiunium, autoritate, exemplo, ritibus oſtenſum; quid nunc poſitum in more?

CAPVT II.

DIVVS Auguſtinus, cuius ſumma eſt tùm autoritas, tùm in docendo fides, ad Caſulanū, teſtatur ieiunium veteribus cænam ſine prandio ſignificâſſe. Idem D. Ambr. indicat, pauperibus prandium ieiunij tempore, ceteris putà denegatum, dari præcipiens: quod anachoretarum conſuetudo confirmat, quam hiſtoriæ meminerunt antè ſeram veſperam nihil prorsùs corporum refectioni indulſiſſe, adeò ſeuerè, vt quandoque haud infrequens fuiſſe appareat potus quoque vſum tàm diù fuiſſe ſuſpenſum, vt ex Prudentij carmine de Fructuoſo Tarraconenſi Epiſcopo iàm igne cremando ſatis colligitur.

Aug. ad Caſulanum. Epiſt. 86.

Amb. ſerm. 33.

Peri Stephan. hym. 6.

Quoſdam de populo videt Sacerdos
Libandum ſibi poculum offerenteis,
Ieiunamus, ait, recuſo potum.
Nondùm nona diem reſignat hora:

Nunquam conuiolabius dicatum,
Nec mors ipſa meum ſacrum reſoluet.
Sic Chriſtus ſitiens crucis ſub horâ,
Oblatum ſibi poculum recuſans,
Nec libare volens, ſitim peregit.

Haùd paucis ſolemne etiamnùm dùm lex ieiunij viget in finem lucentis diei paſtum differre, quod vulgò dicitur, donec ſydera cœlô micent, præcipuis vtpotè profeſtis Natalis Domini, eiuſque prodromi Baptiſtæ, Aſſumptę deiparæ, ac omnium ſanctorum, in capite Ieiunij quod Cinerum cęremonijs decoratur, paraſceues, & Sabbatho ſancto, quibus ferè diebus lacticinijs, vt alibi, ſic in Eburonibus abſtinent. Haùd obſcurè, cęnandi illum ritum pręedicat pulſus campanæ quibuſdam in locis dari ſolitus, eâ horâ quâ veſpertinum officium extrà quadrageſimam abſoluitur (Groeninga teſtis eſſe poteſt vbi is ſonus ieiunij appellatur) quantumuis res ipſa euanuerit. Sed & antemeridianâ per quadrageſimam toto orbe, nonnulliſque in locis per ſolemniora ieiunia veſpertinarum modulationum anticipatione hoc ipſum innuitur. Nàm religioſorum menſę benedicendi deſignata formula etiam continet, vt quoties ſemel in die tantùm comeditur, omnia, ſicut in cænâ præſcribitur, recitentur, atqui cęna tandem in prandium commutata, licet poſt diurnos

Sonus ieiunij campanâ excitatur.

Brev. Rom.

diurnos labores, & exercitia ſalubriùs ſomnus ſuccederet, niſi comeſſationibus, & ingurgitationibus in abuſum verſa, fortè vtilitatem viſa ſit amiſiſſe; non caret tamen conſilio ea anteuerſio, maximè æuo iam attritâ humanâ naturâ, quę facilè diurnis vigilijs, & occupationibus nimiùm exhaurienda ſuccumberet.

Semel edendum per diem; quâ horâ? quamdiu? quantum?

CAPVT III.

PORRÒ cænetné, aut prandeat quiſpiam, modò ieiunet neque controuertitur, neque magnoperè refert ſi ſemel in die duntaxat reficiatur, die, inquam, naturali horarum quatuor & viginti, eâ lege vt ieiunandi periodus à mediâ nocte in mediam noctem ducatur, quâ pluries quàm ſemel veſci nefas ſine cauſâ verâ, aut putatitiâ, aut diſpenſatione. *Nau. in man. c. 21. nu. 11.* Etenim de ieiunij eſſentiâ eſt vnica comeſtio, quam violari tradunt, cùm eâ mente quis recedit à menſâ dùm naturę ſatisfactum exiſtimans eôdem ſe recipit vndè fuerat digreſſus, quamtumuis bellaria tantùm, vel cupedias, tragemata incruſtata ſaccharo, gulæ

irritamenta vel id genus alia ingurgitet. Sed hîc D. Auguſtini meminiſſe oportebit, qui tùnc parciùs viuendum, productiuſque ieiunandum pronuntiauit. Nec præuenienda hora, quam D. Thomas prudenter finiri notat ad nonam, vel circiter, groſſâ ſcilicet (vt ipſe loquitur) æſtimatione, ea nobis meridies. Vndè in Atrebatenſi inſigni Eccleſiâ, & alijs locis, vbi ceremoniarum Eccleſiaſticarum rigor eſt exactiſſimus, vix vnquàm per quadrageſimam veſpertinæ preces antè meridiem abſoluuntur. Sed nè quis vnicæ refectionis nomine, ſibi licere arbitretur menſam in plures horas protrahere, ſeù quamdiù ſol luxerit ab eſu ſe continuiſſe, ac deinceps à ſolis receſſu, ſi non in ſummum diluculum Saracenorum, Mahumetanorumque ſuperſtitioſo ritu, mēſtruum quotannis jeiunium per tenebras integras inſolentiſſimâ pergræcatione peragentium, ſaltem in plurimam noctem liberam genio indulgendi occaſionem relinqui, alibi cautum eſt, nè vltrà duas horas, ſaltem Eccleſiaſtici conuiuium prorogent, ac in vniuerſum à crapulâ, & ebrietate tùm, ſi vnquàm, Chriſtiani quàm longiſſimè abſint. Monuit Arabum Princeps nil deterius eſſe quàm diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & poſt illud in comeſtione tempus prolongare, rationem addit, quòd cùm poſtremum nutriens aduenerit,

Synod. Mechlin.

Auicen. l. 1. fen. 3. doct. 2.

nerit primum iam incępit digeri, nutrientis ergò partes in digerendo non ſimilantur. Verùm nè longiùs excurram, lubet Angelicum doctorem conſulere, qui, vt in ijs quæ Eccleſiæ decreta concernunt eſt exactiſſimus, itá poterit ipſe vnus de vniuerſi Senatus Catholici ſententiâ ſatis ſuperque reſpondere.

Ieiunij forma, differentiæ, de eodem ſanctiones.

CAPVT IIII.

IEIVNIVM virtutis abſtinentiæ actus eſt omnibus qui non habent ſpeciale impedimentum, certis, ac definitis temporibus prudenter ab Eccleſiâ deſignatum, præceptus, ad cuius obſeruationem, vt non ſępius quàm ſemel in die, idque circiter horam nonam quis comedat, atque à carnibus, ouis, & lacticinijs abſtineat, rectè, ſapienterque eſt ab Eccleſiâ ſancitum; hæc D. Thomas. Quo decreto adeò clarè, atque perſpicuè tota ieiunandi ratio explicatur, vt niſi qui nolit, dubitare poſſit Nàm de indictis, imperatiſque ieiunijs, quæ Eccleſiaſtica diximus nominari, ſolùm intelligitur, quandò de ieiunij ſalubritate ambigitur. Quę enim ſponte ſuſcipiuntur, ſiuè ex voto, D.Thom. 2.2.q. 147.

ſiue deuotione, ſeù aliter ex arbitrio, quia particularia ſunt tanquàm legi non ſubiecta, hîc non comprehunduntur, vti nec naturalia quà talia, multoq́ue minùs metaphorica, ſeù alio quouis nomine appellata, ac proindè hoc loco breuitatis ergò prętermiſſa. Moralia tamen in victus parſimoniâ, & moderatione poſita, licet propria ratione conſiſtant, ieiunijs Eccleſiaſticis ita neceſſariò coniunguntur, vt ſi illa his ſubtrahas non dicaris rectè ieiunâſſe. Sed & nos ſemper decet moralitèr ieiunos eſſe, quod non tàm in non comedendo, quàm in omni exceſſu, & intemperantiâ fugiendis cenſetur. Vndè prudenter decretum eſt. Sint tibi ieiunia pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa, ieiunia continua, id eſt, quotidiè prandere, quotidie eſurire. Et paulò antè. Sint tibi quotidiana jeiunia, refectio ſatietatem fugiens; nihil enim prodeſt biduo, vel triduo portare vacuum ventrem, ſi poſt pariter obſtruatur. Quocircà magni Leonis ſeruanda ſententia, edendi nobis eſſe moderandam libertatem, nimirùm nè per imprudentiam defectu nimio quis frangat naturam, morbumq́ue conciliet, aut necem, quod nullâ vnquam ratione Eccleſia permiſit, quæ diſcretionem ſemper habet maximè commendatam. Quia nimia victus continentia debilitatem facit, vt ea pars animę,

D. 5. Sint tibi 2.

D. 5. Sint tibi 1.

animę, quę in contemplatione verſatur in mę- *S. Diadochus de perf. ſpir. c. 45.*
ſtitiâ ſit, & in faſtidio ſermonis. Oporteréque ad
motiones corporis cibos etiam accommodare
(quemadmodùm Diadochus Photices in vetere
Epiro Epiſcopus monuit) vt dùm corpus valet
quantùm conueniat caſtigetur, dùm verò non
valet moderatè leniatur. Nec enim infirmo cor- *In jeiunio vires ſeruandæ.*
pore eſſe debet qui certat, ſed ita firmo ſuſtinen-
do certamini par vt eſſe poſſit, vt anima etiam la-
boribus corporis conuenienter purgari queat.
Nec alterum extremū admittitur quo homines *Clem. Alex. pædag. l. 2. c. 1.*
brutis ſimiles efficiuntur vere ἄσωτοι, tanquàm
ἄσωτοι; hoc eſt, à ſalute alieni per eliſionem e-
limenti, eorum ſignificato fine, qui eſt ex pro-
digalitate perditio, Ventrem ſcilicet replere, &
grauare cibo, quod valdè inutile inter cete-
ros diuus Baſilius indicat etiam corpori ad *In Reg. monach. c. 10.*
omne tempus, quia & grauatur in ſomnum,
& ex his etiam lędi facilè poteſt; & certè ab
alio quoque annotatum eſt, cùm ſemper ma-
lum ſit immoderatio, ea in nutrimentis maxi-
mè reprobatur, quòd in ventrem inſania ſit,
quam gręci idcircò γαστριμαργίαν nuncupârunt,
vel λαιμαργίαν circà guttur inſaniam, quę ab
omnibus ſanctę diſciplinę profeſſoribus ſedu-
lò, & grauiter fuit exploſa, vt ipſe pręce-
perat Saluator attenderent ſibi omnes, ne *Luc. 21.*

fortè grauentur corda crapulâ, & ebrietate. Nec alia ſtatuitur menſura quòd naturæ varient, & accuratiùs circa illam quippiam definiri in particulari ſine iniuriâ non poſſit, dùm quòd vni ſatis eſt, alteri ſubindè nequaquàm ſufficiat: adeò vt conſulto ſub generali commonitione menſuræ præceptum finiatur dùm accuratior lex nulla ſuppetat, quàm ea quæ quotidie ex D. Petro repetitur, Fratres ſobrij eſtote.

Quibus cibis veſci licitum monſtratum ex concilijs. Simplicem eodem tempore conuenire, qui tamen omnem varietatem non excludat, prohiberi luxum, modeſtiam commendari.

CAPVT V.

Conc. Trid. ſeſ. 25.

CIBORVM delectum imperat Oecumenica tridentina Synodus, illos excludens, quos ſuperiore æuo ſciuerat interdictos, inter quos caro, oua potiſſimùm, & lacticinia interdùm cenſentur quòd ea maximè inflamment, ac ſtimulent. In Concilio Toletano Martini Papæ tempore, ſeuerè olim cauebatur eſus carnium in quadrageſimâ. Quiſquis enim tùm ſine ineuitabili neceſſitate, atque fragilitate, & euidenti languore, ſeù etiam impoſsibilitate ętatis eſum carnium præſum-

Conc. Tolet. c. 9.

ſumpſiſſet attentare, non ſolùm reus foret reſurrectionis Dominicæ, verùm etiam alienus ab eiuſdem diei ſanctâ communione, & hoc illi cumularetur ad pœnam, vt ipſius anni tempore, ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſſet diſciplinam: illi verò quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſsitas arcet, non antè prohibita violare pręſumerent, quàm à ſacerdote permiſſum perciperent. Ità Concilium. Et ex adiunctis ſextæ Synodo Can. 56. Viſum eſſe dicitur, vt omnis Dei Eccleſia vnum ordinem ſequens jeiunium perficiat, & abſtineat ab ouis, & caſeo, quę quidem ſunt fructus, & fætus eorum à quibus abſtinemus. Quid? quòd Origenes quandò ieiunamus nos hortatur non ſolùm à guſtandis carnibus abſtinere, ſed etiam à vino, & ſuperfluis eſcis? adeò maioribus noſtris cordi fuit, omnẽ libidinis fomitem ſacris illis temporibus reprimere. D. Clemens eâdem de causâ vino in hebdomadâ ſanctâ pleroſque ſibi meminit interdixiſſe, addens eo quoque tempore panem, ſalem, & olera, & aquam menſæ tantùm adhibita. Græcorum fuiſſe morem ieiunij tempore vinum non bibere clariſsima illa græciæ lumina Baſilium, & Chriſoſtomum autores habet. Piſces, legumina, fructus, oleum, panificia, quæque his ſimilia prò arbitratu

Orig. lib. 3. in Iob.

D. Clemens in conſt. Apoſt. lib. 5. c. 17.

Baſil. or. 1. 2. de jeiun.

Chriſ. ad populum hom. 6.

bitratu cuiuſque, & facultate conceduntur. Præceptoris Originis Pedagogus, dùm piè inſtruit Chriſtianũ ex Antiphanis Delij Medici ſententiâ, vel vnam hanc dicentis morborum cauſam ciborum varietatem, docet ſectãdam ſimplicem, & non nimio ſtudio comparandam cibos condiendi rationem, quâ fiant in maiori pretio coci quàm agricolæ: non quòd omninò à varijs cibis abſtinendum, ſed in ijs non eſſe ponendum ſtudium, reſpuendaſque admodum multiplices qualitates, quæ varia detrimenta pariunt, malas corporum habitudines, & ſtomachorum ſubuerſiones, cùm corruptus, & cõſtupratus ſit guſtus miſerâ, & infauſtâ quâdam condiendi arte, & inani in bellarijs faciendis artificio, audent enim appellare nutritionem delitiarum exercitationem, quæ in noxias voluptates dilabitur. Neque enim noſtrum nutritio munus eſt, neque inſtitutum, ſcopuſuè noſter voluptas; ſed ea nutritio eſt propter noſtram hîc manſionem, quam ad incorruptionem ratio inſtituit, ac ideò ſecernitur, & ſeligitur alimentum. Verùm apud homines nullum habet terminum delicata ingluuies: in liba enim, placentas, bellaria prouecta eſt, merendarum, & cænæ appendicum multitudinem inueniens, omnes qualitates aucupans. Equidem mihi videtur, ait ille, homo qui eſt eiuſmodi,

Lib. 2. c. 1.

Idem loco citato.

nil

nil eſſe aliud quàm bucca, & maxilla, vel, vt verbo dicam, verus ὀψόφαγος. Quo genere continentur qui fungis, limacibus, carduis, lampetris fortè, & alijs etſi bonis, lautitiæ tamen ſtudio, induſtriâ, atque ingenio ſic abutuntur, vt non quieſcant donec in condimentum vniuerſas ἀρωματοπωλείων thecas exhauſerint, præter mentem Eccleſiæ, quæ gulam deteſtata ab ijs omnibus abhorret quæ concupiſcentiæ, ac libidini fomitem ſubminiſtrant. Siquidem Gregorius ad Auguſtinum Angliæ Epiſcopum ſcribit par eſſe, vt nos qui his diebus à carnibus abſtinemus, ab omnibus quæ ſementinam trahunt origenem, ieiunemus: & caueamus à ſolicitis, & anxijs ciborum indagatoribus circa cochlear, & mortarium totam vitam conſumentibus, quique edaces, atque adeò omniuori homines materiam, ignis inſtar, apprehendunt. Qui etiam facilem, & parabilem cibum, nempè panem effœminant, quod frumenti eſt nutriens excribrantes, vt quod eſt alimenti neceſſarium ſit probrum voluptatis. Caluino aſſcribit Bolſecus ex polline frumenti puriſſimo roſaceo liquore, ſaccharo, & aniſo domeſtici piſtoris manu ſubacto biſcoctum panem pinſi ſolere, nec alio veſci conſueuiſſe. Cui ſunt haud abſimiles, qui neſcio quâ vanâ gloriâ

Greg. mag. ad Auguſt.

In Vitâ Caluini cap. 14.

frugalem, ac moderatum victum abiurant, ad longè petitas, & raras eſcas anxiè anhelantes; ex freto Siculo murenas, Meandri anguillas, & qui in Medo ſunt hædos, & qui in Scyatho mugiles, Pelôri conchas, & abydena oſtria, mænas quæ ſunt in libarâ, bolum mantiricum, nec non betas aſcrçoticas, & pectines metymnços, & pſettas atticas, turdos daphnios, caricas chelidonias, propter quas in Græciam cum quinquies mille millibus infelix Perſa profectus eſt. Phaſidis aues, præthereà attagenas Aegyptias, medicum pauonem auidè deſiderant, & cùm per facultates licet comparant. Perindè ac ij qui niſi Capos Brugenſes, aut Domburganos (municipium eſt in VValacriâ Zeelandorum) habeant, cuncta faſtidiunt; ſicut de accipenſere in Bachariâ Plautus probè eiuſmodi gaſtrimargos exprimit.

Plaut. in Bacchar.

Quis eſt mortalis tantâ fortunâ affectus vnquàm
Quàm ego nunc ſum, cuius hæc ventri portatur
pompa?
Vel nunc qui mihi in mari accipenſer latuit antè hac,
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus, & manibus.

Huius accipenſeris, ſiue Sturionis, vt placet Rondeletio, fucum exhibet Anglia, lardo, ſimiliter vt ſturio ſolet, aceto, muriâque condito, quod

Rondel. l. 16. de piſcib.

quod ex aruinâ ſuillâ procuratur, ſuibus quinis, ſeptenisq́ue ordine vnis poſt alteras collocatis, & concluſis vt ſuccedens prioris ſemper excrementa roſtro excipiat, nec alio veſcatur cibo, donec vltima poſt tàm varias illarum ſordium digeſtiones in ſolidam, ac firmam accipenſeris ęmulam ſaginam degenerârit, quam in ieiunijs non tolerari ſatis ex præcedentibus liquet. Nil attinet Heliogabali ingluuiem qui nunquàm minùs eſt 100 H S epulatus eſt, & Vitellij qui, ſi Platinę credimus, nullum piſcem guſtâſſet, niſi aureo hamo ex funiculo ſerico ineſcatum, meminiſſe; quia ad ſuſtentationem corporis nil faciunt, & in modeſtiam cum voracibus, & helluonibus (quæ ieiunantes cumprimis decet, & Chriſtianos quouis tempore) grauiſſimè impingunt. Hùc ſpectat quod ad Nazianzenum ſcribit Baſilius, edere non cum impetu vt gulæ rabiem quandam præ ſe ferat, ſed honeſtè, paulatimq́ue mandere oportêre. Nàm D. Petrus modeſtos omnes eſſe iubet; Et Paulus modeſtiam innoteſcere omnibus hominibus, ita dictante ratione. Nàm aliter inferiores eſſemus brutis animantibus, quæ non ſolùm modum naturæ ſuæ congruum, ſed etiam delectum ſequuntur (vnumquodq́ue prò ſuo inſtinctu, & appetitione) nec vel in aliud, vel amplius feruntur vt neceſſitati ſatisfecerint, quemadmodùm

Plat. in vit. pontif.

Baſil. de Vitâ Solit.

1. Pet. 5.

Ad Philip. 4.

dùm bos paleam, auenam equus, aſinus carduos, fænum mulus, oriſam elephas, lepus ſonchos, & ſic cetera ferè ſummâ cum temperatione proſequuntur, & ſumunt. Atqui Patres olim ſub lege naturæ præſertim vſque ad diluuium, quique fuerant ſanctiores cum ritibus, & ſacrificijs ſuis, & ieiunia iunxiſſe, & à carnibus abſtinuiſſe, non eſt ęquum dubitare. Bellè videtur aurei illius ſeculi homines diſcripſiſſe Seuerinus Boëtius,

Seuerinus Boët. de Conſolat.

Facili qui ſera ſolebant
Ieiunia ſoluere glande,
Nec Bacchica munera nôrant
Liquido confundere melle.
Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoque lubricus amnis.

Præcipui jeiunio inſcripti dies; ſacræ quadrageſimæ tempus ſemper in Martium incidit.

CAPVT VI.

POSTVLAT jeiunium vt quo ordine à legiſlatoribus ſit inſtitutum, quibuſque temporibus obſeruandum referamus: hoc enim decet eam legem quam ſemper Eccleſia eſt ſecuta, autore ſanè Deo, eiuſque Apoſtolis, traditione videlicet omni

omni ſcripto, ipſiſque concilijs longè antiquiore. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat præcepto Domini, vel Apoſtolorum non ſe inuenire definitum D. fatetur Auguſtinus. Verùm in his rebus, in quibus nihil ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Vnde Ambroſius loci conſuetudinem ſequebatur. Quandò hic ſum (inquit) Mediolani ſcilicet, non ieiuno ſabbatho, quandò ſum Romæ ieiuno. Nàm plebs Romana frequenter ieiunabat quartâ, & ſextâ ferijs, & ſabbatho quo D. Petrus Dominicâ cum Simone mago certaturus ieiunârat, & ſepultura recolitur noſtri Saluatoris, eiuſque pientiſſimæ matris memoria. In Oriente, & Occidente Chriſtianorum tùnc nemo ieiunabat, Dominicâ verò ieiunare pro ſcandalo eſt, eodem diuo Auguſtino autore. Innocentius Papa tertius triplex ſolenne ieiunium, quod generaliter indicit Eccleſia, diuidit, primum in quatuor temporum obſeruantiam, ſecundum in quadrageſimæ abſtinentiam, tertium in feſtiuitatum vigilias, quodlibet eorum certis temporibus, certiſque diebus, certis rationibus, certiſque cauſis eſt inſtitutum. Habemus, inquit Origenes, quadrageſimę dies ieiunijs conſecratos, habemus quartam, & ſextam ſeptimanę dies quibus ſolenniter

Auguſt. ad Caſul. 86.

D. Ambroſius ad Beat. Monicā.

Innoc. ſerm. 1. in aduentu Domini.

Orig. in leuit c. 16. hom. 20.

Calix. Epiſt. 1. ieiunamus. Calixtus Papa tribus jeiunijs quartum adiecit, quemadmodùm in veteri teſtamento quater in anno ieiunabant ante Paſcha, Pentecoſten, ſcenophegiam in ſeptembri, & antè encænia, & nùnc quidem ſingulis trimeſtribus tribus diebus. Tempora hęc memoriæ cauſa carmine iſto exprimuntur. *Pet. Galatinus l. 5. de arca. Cathol. veri. c. 5.*

Spiritus, & Cineres, eſt crux, & Lucia virgo.

Concil. Brac. Concilium Bracharenſe Apoſtolorum profeſtis omnibus præter Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangeliſtę decernit jeiunandum. De S Bartholomeo variat conſuetudo. In Feſtis ſolemnibus præmittitur jeiunium Pentecoſtes, omnium Sanctorum, Aſſumptæ Virginis Matris, Natalis Domini. Hipponenſis Antiſtes Sacerdotem quendam, qui die jeiunij natalis Domini, quo Gippitana Eccleſia, ſicut ceteræ, ieiunabat, pranſus fuerat, & cænauerat abdicandum putauit. *Epiſtol. 236.*

In Martyrum claſſe ieiunio pridiano honoratur Laurentius. Quanquàm inter paſcha, & Pentecoſten jeiuniorum lege dies ſoluti ſint, Rogationibus tamen abſtinetur à carnibus, ſed vltrà meridiem non jeiunatur quod neceſſitas extorſit, ob luem grauiſſimè Magno Pontifice Gregorio ſæuientem in feſto Marci, id eſt, litanijs maioribus: minoribus verò, quæ triduo Aſcenſioni Dominicæ præmittuntur, a B. Mamerto *Paulus montiſcaſini mon.*

minore

minore licet, & tantùm Epiſcopo apud Viennam inſtitutis, & poſteà per Eccleſiæ conſuetudinem confirmatis, ſimile malum pio hoc opere auertitur.

Ad Fauſtum Manichæum Eccleſiæ Doctor ſic ſcribit, hîc inter omnes, & æquè per orbem terrarum quotannis omni cum ſtudio conſtat quadrageſimam in conuentu Catholico celebrari: & vt de geſtis cum Emerito Donatiſtâ recolit, annis, inquit, ſingulis ieiuniorum dies, id eſt, quadrageſimam ante paſcha. Si quiſquam vnam diem abſtinendo prætermiſerit (cenſet Ambroſius) totam quadrageſimam violâſſe. Vndè Concilio Laodicenſi ſtatuitur, non oportere in quadrageſimâ vltimæ ſeptimanæ quintâ feriâ ieiunium ſoluere, totamque quadrageſimam ſine veneratione tranſire, magiſque conuenire omnem quadrageſimam diſtricto venerari ieiunio. Et alibi, Si quis Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor ſacram quadrageſimam paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuen non ieiunauerit deponitor, præterquàm ſi imbecillitate impediatur corporis; ſin laicus ſit, communione priuator. Et D. Hieronymus omnem Chriſtianorum vitam indigere docuit abſtinentiâ, ſed maximè quandò hoſtis propè eſt, ieiunandumque tot diebus

Auguſt. lib 30. c. 5.

Conc. Laod. 50.

Can. Apoſt. 51.

Hieron. ſerm. de quadrag.

pro peccatis noſtris quot pro ſceleribus noſtris Dominus ieiunauit. Sed & 40. diebus,& noctibus Deus in diluuio aquas effudit abyſſi, totidem nuntij miſſi explorauerunt terram Iſraëli promiſſam, Iſraël 40. annis angelorum pane in deſerto nutritus eſt, Ionas ſubuerſionem Niniuæ 40. dierum ſpatio prophetauit, & Chriſtus 40. diebus poſt reſurrectionem manſit in terris. Propter ſacramentum ergò ieiunamus quadraginta diebus; nàm quadragenarius eſt ſuperabundans. & ex ſuis partibus aggregatus aſcendit ad quinquagenarium, cuius partes aggregatæ ſunt ſeptem, vicenarius, denarius, octonarius, quinarius, quaternarius, ſenarius, & vnitas, quę ſimul iunctæ reddunt quinquagenarium, in quo notatur Iubilæum.

Innocent. 3. in Aduent. Domini ſerm. 1.

Lex præcipit omnium rerum decimas perſoluere; habet autem annus ſolaris dies 365. & quadrantem, quorum decimæ ſunt dies 36. cum dimidio, & decimâ parte quadrantis, vt autem quadragenarius numerus compleatur dierum, additur decima decimę, quam ex pręcepto legis minores leuitę ſummo ſacerdoti reddebant: Eccleſia quoque decimam temporis decimâs Chriſto, qui eſt Pontifex futurorum bonorum, de 35. diebus accepit pro decimâ decimę tres dies, & dimidium ad complendum quadragenarium, &

Gregor. magnus in Euang.

quia

quia non reſtabat adhuc decimare niſi vnũ diem & quadrantem & decimam partem quadrantis, ideo diſtulit, cum miſsâ jeiuniũ vſque ad noctem in ſabbatho ſancto Paſchali, ſecundum quod dicitur, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem,&c.

Hinc quadrageſima jeiuniorum habet autoritatem ſicut ad Ianuarium legitur. Chryſoſtomus quadrageſimam omnium aſſerit conſcientiam inflectere etiam imperatorum. Quod clariùs Bernardus habet, Hactenus,inquiens, vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc (in quadrageſimâ) nobiſcum ieiunabunt pariter vniuerſi, Reges, & principes, nobiles, & ignobiles, clerus, & populus, ſimul in vnũ diues, & pauper. Hoc præcepto vt adueniente ieiunio & ſi millies quis exhortètur, & infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid lege ieiunij non conceſſum guſtare, omnia quis mallet pati quàm prohibitum tangere nutrimentum, exemplo Eleazari, & Machabeorum: Nec certè leue peccatum eſſe, ait Ambroſius, indictam fidelibus quadrageſimam violare, & ieiunia cõſecrata ventris voracitate diſſoluere: ſiquidem Leonis ſententiâ, impium eſt negligere prædicatum, quod in natalitijs fieri à Diacono ſolebat, ne de tempore cuiquam non conſtaret. Portò qui Teleſphorum autorem (quod Platina credidit) quadragenarij ieiunij

Auguſt. ad Ianu. Epiſt. 119. *Chryſoſt. hom. 2 in Geneſ.* *Bernard. ſerm. 3. de quadr.* *Chryſoſt. hom. 6. ad pop. Antioch.* *Mach. lib. 1.* *Ambr. ſerm. 25.* *Teleſph. in epiſt. Plat. in vitâ Teleſph.*

fecerunt, quàm grauiter errent, illius epiſtola conuincit. Cognoſcite inquit à nobis, & à cunctis Epiſcopis in hâc ſanctâ, & Apoſtolicâ ſede congregatis ſtatutum eſſe vt ſeptem hebdomadas plenas antè ſanctùm Paſcha omnes Clerici à carne ieiunent; ea quippe Clericos concernit exhortatio, vt abſtinentiâ biduo laicos anteuertant. Ceterùm tametſi Chriſtus quadragenario exemplo nos excitans ab Epiphaniȩ feſto ieiunium ſit auſpicatus, Eccleſiȩ Proceres myſterij ergò ſerius aggrediendum ſanxiuerunt, quod prȩparandis animis Paſchati iunctum voluerunt vt tempore maximè confini, & contiguo dominicæ paſſioni, vt proindè ſemper quadrageſima in Martium incidat, qui eſt veris initium.

Hoc præceptum vniuerſale quidem, non omnes tamen obligat. In quos cadat diſpenſatio?

CAPVT VII.

Baſilius Orat. De ieiun.

ET ordinem quidem illum omnes lubentiſſimè qui verè Chriſtiani ſunt ſimiliter & audiunt, & amplectuntur, exercitus, iter facientes terrâ, marique, mercatores omnes, adeò vt nec inſula vlla, nec continens, non ciuitas, non gens, non deniquȩ locus vllus tàm deſertus, vbi hoc ieiunandi

di mandatum non fuerit auditum. Vndè nullus jeiunantium numero ſeſe ſubtrahat monet Baſilius; in quo & generationes cunctæ, ſexus omnis, ętas, ordo includuntur. Nihilominus qui leges tulerunt, eâ vſi ſunt prudentiâ, & diſcretione vt nè cui plus oneris imponerent quàm ratio ferre poſſe iudicaret, vt libera remanſerit prouidendi, conniuendique poteſtas penes animarum Curatores medicorum iudicio inſtructos. Quo fit vt in eiuſmodi decretis id attendatur, quod communiter, & in pluribus accidit. Si quid ex ſpeciali causâ, inquit D. Thomas, in aliquo inueniatur, quod obſeruantię ſtatuto repugnet non intendit talem Legiſlator ad ſtatuti obſeruantiam obligare, in quo tamen eſt diſcretio adhibenda. Nàm, ſi cauſa ſit euidens, per ſeipſum poteſt homo ſtatuti obſeruantiam pręterire, præſertim conſuetudine interueniente, vel ſi non poſſet facilè recurſus ad ſuperiorem haberi; ſi quid verò dubij occurreret, pro diſpenſatione adeundus foret qui valeret autoritate, nempè tutiſſimâ viâ nè ἡ φιλαυτία ſe ingerat; cęci enim in propriâ causâ vt plurimùm ſumus. Sed hæc eſt diſcretio Eccleſię, vt malit ampliùs paulò indulgere quàm naturam periculo exponere: ideoque patitur ſymbolum veſpertinum, collationis nomine notiſſimum, modò illud ſobriè fiat, & ali-

D. Thom. 2.2.q. 147. a 4.

ter longè à cœnâ, vel prandio differat, quàm quod mappæ ſint breuiores, & reliquiæ tantùm quæ ex prandio ſupererant apponantur: loco etiam medicinę, dùm bibendi vrget neceſſitas, fruſtum per diem conceditur comedere.

Pueri primùm eximuntur in annum primum & vigeſimũ, aſſueſcere tamen à teneris conſultiſſimum eſt: etiam ſenes ſi annum exceſſerint ſexageſimum, & impotentes ſint. Omnibus interim audendum aliquid, tentandęque vires, vt ij qui hæc profitentur latiùs explicant. Infirmi quoque, prægnantes, quiq́ue ęgrotis aſſiſtunt dùm periculum eſt, fabri ferrarij, lignarij, agricolæ, & qui graui labore victum comparare debent, qui profitentur, concionantur, confeſsiones excipiunt, modò aliter ea munia obire non poſſint, peregrinationes neceſſarias ſubeuntes. Præcipit Gregorius Magnus Rauennãti Epiſcopo Mariano Hæmoptoïci laboranti, ne præſumeret ieiunare, niſi fortè quinque vicibus in anno, videlicet ſi ſolemnitas grandis exigeret. Simile ſcribit Auguſtinus de Cęnobitis, fuiſſe liberum vt quiſque valetudinis rationem haberet, & nõ fuiſſe quenquam adactum ad id, quod ferre non poſſet, ſed abſtinentias inſtitutas lege caritatis, & multos inter eos fuiſſe qui eos ipſos cibos acciperent ægroti, à quibus ſani & incolumes temperarent; pari

Gabr in 4. d. 16. a. 1. not. 4. Roſ. ver. jeiun. § 19. Silueſt. q. 3. Caiet. in ſum. verb. jeiun. c. 3. Idem 2. 2. q. 147. a. 3. Gab. in 4. d. 15. q. 3. a. 1. n. 4. Greg. lib. 9. Indic. 4. Epiſtolâ 28. Aug. de morib. Eccleſ. c. 3. & 33.

pari conſilio cum diuo Paulo, Timotheo vinum modicum imperabat. Interrogatus Abbas Siſoy quomodo inueniri Deus poſſit, in jeiunio, an in labore, vigilijs, aut miſericordiâ? reſpondit in his, & in diſcretione. Ex quibus liquidò colligitur rectè de jeiunio concluſiſſe Prudentium, *Prud. cathem.*

Ergò ne limum fragilem ſolutæ
Deſerant vires, & aquoſus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus eneruans;
Laxus, ac liber modus abſtinendi
Ponitur cunctis, neque nos ſeuerus
Terror impellit, ſua quemque cogit
Velle poteſtas.

Ieiunandi vtilitates, & commoda.

CAPVT VIII.

CVM ſoleant homines maximè vtilitate capi, prudenter Eccleſiaſticę œconomiæ adminiſtratores, fructus, & commoda tùm ieiunij, tùm abſtinentiæ recenſent, vt ijs illecti præceptum ieiunandi accipiant. Quid verò ieiunio contrà Dæmonis exercitum validius, cùm nos faciat *Baſil. ſerm. 2. de jeiun. Leo ſer. 4. de jeiunio decimi menſis.*

contrà peccata fortiores, contrà concupiſcentiam victores, tentationes repellat, ſuperbiam inclinet, iram mitiget, & omnes bonę voluntatis affe-ctus ad maturitatem totius virtutis enutriat, pueros cuſtodiat, grauem, ac ſapientem juuenem reddat, ſenem ornet, mulieribus ornamentum aptiſſimum, vegetorum, valentiumque frenum, coniugij cuſtos, virginitatis nutritor. Neceſſaria ſunt (inquit Auguſtinus) nobis jeiunia, ſicut vulneribus medicina, medelam enim conferunt virę perpetuæ; intemperantiam corporis mitigant, motus aduerſos reprimunt, preſſuram animę inferunt quæ eſcis, & potu nimio liberata ſe melius recognoſcit. Sicut enim in ſpeculo ſordido non ſe talem homo aſpicit qualis eſt, ita ſi eſcâ, & crapulâ fuerit grauatus alterum ſe ſentit quàm eſt. Quòd ſi temperatum fuerit corpus interpoſito jeiunio, cognitione ſui receptâ anima intelligit quâ deuotione obſequi debeat redemptori: Ieiunium orationem in cælum defert, donorum augmentum, ſanitatis mater, iuuentutis pędagogus, ornamentum ſenioribus, iter facientibus optimum viaticum, ſimul habitantibus ſecurus contubernalis, in matrimonio inſidias non metuit, vir vxorem videns jeiunantem, vxor virum idem facientem animaduertens zelotypa nunquàm erit. Quis ob jeiunium pro-

Aug. q. ex vtroque mixtâ 120.

Baſil ſerm. 1. de jeiun.

propriam diminuit domum, fac periculum, numera hodiè quæ ſunt intùs, numera deinceps, nihil videbis ob abſtinentiam diminutum, nullum animalium mortem timebit, nihil ſanguinis ſpargetur, vacabit cocorum gladius, menſa paucis, ac facilibus parata cibis ſatis erit, ſtrepitus ceſſabit miniſtrorum; jejunantis menſa fœnus non ſapit, cibum optimè, nàm orexin excitat, & gratiam cibo conciliat, homini integram valetudinem, ſenſuum, ac mentis ſerenitatem. Catharros etiam ſanari jeiunio, ac corporis procurari valetudinem à diuerſis autoribus proditum eſt. Lubet his ſubijcere quæ in eandem ſententiam ſuccinctè, & pereleganter de jeiunio pronuntiauit Ambroſius, ob elegantiam, quanquàm priùs dicta, nullo modo tamen prętermittenda. Eſt jeiunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fœminas fortiores augmento gratiæ. Ieiunium neſcit fęneratorem, non ſortem fœnoris nouit, non redolet vſuras, etiam ipſis jeiunium conuiuijs dat gratiam, dulciores poſt famem epulæ fiunt quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diuturnâ continuatione vileſcunt, condimentum cibi jeiunium eſt. Quanto auidior appetentia tanto eſca jucundior. Et quis dubitet Eccleſiam jeiunio ſummam tribuere vim, & energiam, quæ in publicis precibus pro-

Ambroſ. de Eliâ, & jeiunio. c. 8.

K fitetur

frugalem, ac moderatum victum abiurant, ad longè petitas, & raras eſcas anxiè anhelantes; ex freto Siculo murenas, Meandri anguillas, & qui in Medo ſunt hædos, & qui in Scyatho mugiles, Pelôri conchas, & abydena oſtria, mænas quæ ſunt in libarâ, bolum mantiricum, nec non betas aſcrçoticas, & pectines metymnços, & pſettas atticas, turdos daphnios, caricas chelidonias, propter quas in Græciam cum quinquies mille millibus infelix Perſa profectus eſt. Phaſidis aues, præterea attagenas Aegyptias, medicum pauonem auidè deſiderant, & cùm per facultates licet comparant. Perindè ac ij qui niſi Capos Brugenſes, aut Domburganos (municipium eſt in VValacriâ Zeelandorum) habeant, cuncta faſtidiunt; ſicut de accipenſere in Bachariâ Plautus probè eiuſmodi gaſtrimargos exprimit.

Plaut. in Bacchar.

Quis eſt mortalis tantâ fortunâ affectus vnquàm
Quàm ego nunc ſum, cuius hæc ventri portatur pompa?
Vel nunc qui mihi in mari accipenſer latuit antè hac,
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus, & manibus.

Huius accipenſeris, ſiue Sturionis, vt placet Rondeletio, fucum exhibet Anglia, lardo, ſimiliter vt ſturio ſolet, aceto, muriâque condito,

Rondel. l.16. de piſcib.

quod

quod ex aruinâ ſuillâ procuratur, ſuibus quinis, ſeptenisq́ue ordine vnis poſt alteras collocatis, & concluſis vt ſuccedens prioris ſemper excrementa roſtro excipiat, nec alio veſcatur cibo, donec vltima poſt tàm varias illarum ſordium digeſtiones in ſolidam, ac firmam accipenſeris ęmulam ſaginam degenerârit, quam in ieiunijs non tolerari ſatis ex præcedentibus liquet. Nil attinet Heliogabali ingluuiem qui nunquàm minùs eſt 100 H S epulatus eſt, & Vitellij qui, ſi Platinę credimus, nullum piſcem guſtâſſet, niſi aureo hamo ex funiculo ſerico ineſcatum, meminiſſe; quia ad ſuſtentationem corporis nil faciunt, & in modeſtiam cum voracibus, & helluonibus (quæ ieiunantes cumprimis decet, & Chriſtianos quouis tempore) grauiſſimè impingunt. Hùc ſpectat quod ad Nazianzenum ſcribit Baſilius, edere non cum impetu vt gulæ rabiem quandam præ ſe ferat, ſed honeſtè, paulatimq́ue mandere oportêre. Nàm D. Petrus modeſtos omnes eſſe iubet; Et Paulus modeſtiam innoteſcere omnibus hominibus, ita dictante ratione. Nàm aliter inferiores eſſemus brutis animantibus, quæ non ſolùm modum naturæ ſuæ congruum, ſed etiam delectum ſequuntur (vnumquodq́ue prò ſuo inſtinctu, & appetitione) nec vel in aliud, vel amplius feruntur vt neceſſitati ſatisfecerint, quemadmodùm

Plat. in vit. pontif.

Baſil. de Vitâ Solit.

1. Pet. 5.

Ad Philip. 4.

dùm bos paleam, auenam equus, aſinus carduos, fænum mulus, oriſam elephas, lepus ſonchos, & ſic cetera ferè ſummâ cum temperatione proſequuntur, & ſumunt. Atqui Patres olim ſub lege naturæ præſertim vſque ad diluuium, quiq́ue fuerant ſanctiores cum ritibus, & ſacrificijs ſuis, & ieiunia iunxiſſe, & à carnibus abſtinuiſſe, non eſt ęquum dubitare. Bellè videtur aurei illius ſeculi homines diſcripſiſſe Seuerinus Boëtius,

Seuerinus Boët. de Conſolat.

Facili qui ſera ſolebant
Ieiunia ſoluere glande,
Nec Bacchica munera nôrant
Liquido confundere melle.
Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoq́ue lubricus amnis.

Præcipui jeiunio inſcripti dies; ſacræ quadrageſimæ tempus ſemper in Martium incidit.

CAPVT VI.

POSTVLAT jeiunium vt quo ordine à legiſlatoribus ſit inſtitutum, quibuſq́ue temporibus obſeruandum referamus: hoc enim decet eam legem quam ſemper Eccleſia eſt ſecuta, autore ſanè Deo, eiuſque Apoſtolis, traditione videlicet omni

omni ſcripto, ipſiſque concilijs longè antiquiore. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat præcepto Domini, vel Apoſtolorum non ſe inuenire definitum D. fatetur Auguſtinus. Verùm in his rebus, in quibus nihil ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Vnde Ambroſius loci conſuetudinem ſequebatur. Quandò hic ſum (inquit) Mediolani ſcilicet, non ieiuno ſabbatho, quandò ſum Romæ ieiuno. Nàm plebs Romana frequenter ieiunabat quartâ, & ſextâ ferijs, & ſabbatho quo D. Petrus Dominicâ cum Simone mago certaturus ieiunârat, & ſepultura recolitur noſtri Saluatoris, eiuſque pientiſſimæ matris memoria. In Oriente, & Occidente Chriſtianorum tùnc nemo ieiunabat, Dominicâ verò ieiunare pro ſcandalo eſt, eodem diuo Auguſtino autore. Innocentius Papa tertius triplex ſolenne ieiunium, quod generaliter indicit Eccleſia, diuidit, primum in quatuor temporum obſeruantiam, ſecundum in quadrageſimæ abſtinentiam, tertium in feſtiuitatum vigilias, quodlibet eorum certis temporibus, certiſque diebus, certis rationibus, certiſque cauſis eſt inſtitutum. Habemus, inquit Origenes, quadrageſimę dies ieiunijs conſecratos, habemus quartam, & ſextam ſeptimanę dies quibus ſolenniter

Auguſt. ad Caſul. 86.

D. Ambroſius ad Beat. Monicā.

Innoc. ſerm. 1. in aduentu Domini.

Orig. in leuit c. 16. hom. 20.

Calix. Epiſt. 1.

Pet. Galatinus l. 5. de arca. Cathol. veri. c. 5.

ieiunamus. Calixtus Papa tribus jeiunijs quartum adiecit, quemadmodùm in veteri teſtamento quater in anno ieiunabant ante Paſcha, Pentecoſten, ſcenophegiam in ſeptembri, & antè encænia, & nùnc quidem ſingulis trimeſtribus tribus diebus. Tempora hęc memoriæ cauſa carmine iſto exprimuntur.

Spiritus, & Cineres, eſt crux, & Lucia Virgo.

Concil. Brac.

Concilium Bracharenſe Apoſtolorum profeſtis omnibus præter Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangeliſtę decernit jeiunandum. De S Bartholomeo variat conſuetudo. In Feſtis ſolemnibus præmittitur jeiunium Pentecoſtes, omnium Sanctorum, Aſſumptæ Virginis Matris, Natalis Domini. Hipponenſis Antiſtes Sacerdotem quendam, qui die jeiunij natalis Domini, quo Gippitana Eccleſia, ſicut ceteræ, ieiunabat, pranſus fuerat, & cænauerat abdicandum putauit.

Epiſtol. 236.

In Martyrum claſſe ieiunio pridiano honoratur Laurentius. Quanquàm inter paſcha, & Pentecoſten jeiuniorum lege dies ſoluti ſint, Rogationibus tamen abſtinetur à carnibus, ſed vltrà meridiem non jeiunatur quod neceſſitas extorſit, ob luem grauiſſimè Magno Pontifice Gregorio ſæuientem in feſto Marci, id eſt, litanijs maioribus: minoribus verò, quæ triduo Aſcenſioni Dominicæ præmittuntur, a B. Mamerto

Paulus montiſcaſſini mon.

minore

minore licet, & tantùm Epiſcopo apud Viennam inſtitutis, & poſteà per Eccleſiæ conſuetudinem confirmatis, ſimile malum pio hoc opere auertitur.

Ad Fauſtum Manichæum Eccleſiæ Doctor ſic ſcribit, hîc inter omnes, & æquè per orbem terrarum quotannis omni cum ſtudio conſtat quadrageſimam in conuentu Catholico celebrari: & vt de geſtis cum Emerito Donatiſtâ recolit, annis, inquit, ſingulis ieiuniorum dies, id eſt, quadrageſimam ante paſcha. Si quiſquam vnam diem abſtinendo prætermiſerit (cenſet Ambroſius) totam quadrageſimam violâſſe. Vndè Concilio Laodicenſi ſtatuitur, non oportere in quadrageſimâ vltimæ ſeptimanæ quintâ feriâ ieiunium ſoluere, totamque quadrageſimam ſine veneratione tranſire, magiſque conuenire omnem quadrageſimam diſtricto venerari jeiunio. Et alibi, Si quis Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor ſacram quadrageſimam paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuen non ieiunauerit deponitor, præterquàm ſi imbecillitate impediatur corporis; ſin laicus ſit, communione priuator. Et D. Hieronymus omnem Chriſtianorum vitam indigere docuit abſtinentiâ, ſed maximè quandò hoſtis propè eſt, ieiunandumque tot diebus

Auguſt. lib 30. c.5.

Conc. Laod. 50.

Can. Apoſt. 51.

Hieron. ſerm. de quadrag.

pro peccatis noſtris quot pro ſceleribus noſtris Dominus ieiunauit. Sed & 40. diebus,& noctibus Deus in diluuio aquas effudit abyſſi, totidem nuntij miſſi explorauerunt terram Iſraëli promiſſam, Iſraël 40. annis angelorum pane in deſerto nutritus eſt, Ionas ſubuerſionem Niniuæ 40. dierum ſpatio prophetauit, & Chriſtus 40. diebus poſt reſurrectionem manſit in terris. Propter ſacramentum ergò ieiunamus quadraginta diebus; nàm quadragenarius eſt ſuperabundans & ex ſuis partibus aggregatus aſcendit ad quinquagenarium, cuius partes aggregatæ ſunt ſeptem, vicenarius, denarius, octonarius, quinarius, quaternarius, ſenarius, & vnitas, quę ſimul iunctæ reddunt quinquagenarium, in quo notatur Iubilæum.

Innocent. 3. in Aduent. Domini ſerm. 1.

Lex præcipit omnium rerum decimas perſoluere; habet autem annus ſolaris dies 365. & quadrantem, quorum decimæ ſunt dies 36. cum dimidio, & decimâ parte quadrantis, vt autem quadragenarius numerus compleatur dierum, additur decima decimę, quam ex pręcepto legis minores leuitę ſummo ſacerdoti reddebant: Eccleſia quoque decimam temporis decimâs Chriſto, qui eſt Pontifex futurorum bonorum, de 35. diebus accepit pro decimâ decimę tres dies, & dimidium ad complendum quadragenarium, &

Gregor. magnus in Euang.

quia

quia non reſtabat adhuc decimare niſi vnū diem & quadrantem & decimam partem quadrantis, ideò diſtulit, cum miſsâ ieiuniū vſque ad noctem in ſabbatho ſancto Paſchali, ſecundum quod dicitur, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem,&c.

Hinc quadrageſima ieiuniorum habet autoritatem ſicut ad Ianuarium legitur. Chryſoſtomus quadrageſimam omnium aſſerit conſcientiam inflectere etiam imperatorum. Quod clariùs Bernardus habet, Hactenus,inquiens, vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc (in quadrageſimâ) nobiſcum ieiunabunt pariter vniuerſi, Reges, & principes, nobiles,& ignobiles, clerus, & populus, ſimul in vnū diues,& pauper. Hoc præcepto vt adueniente ieiunio & ſi millies quis exhortetur,& infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid lege ieiunij non conceſſum guſtare, omnia quis mallet pati quàm prohibitum tangere nutrimentum, exemplo Eleazari, & Machabeorum: Nec certè leue peccatum eſſe, ait Ambroſius, indictam fidelibus quadrageſimam violare, & ieiunia cōſecrata ventris voracitate diſſoluere: ſiquidem Leonis ſententiâ, impium eſt negligere prædicatum, quod in natalitijs fieri à Diacono ſolebat, ne de tempore cuiquam non conſtaret. Porrò qui Teleſphorum autorem (quod Platina credidit) quadragenarij ieiunij

Auguſt. ad Ianu. Epiſt. 119.
Chryſoſt. hom. 2 in Geneſ.
Bernard. ſerm. 3. de quadr.
Chryſoſt. hom. 6. ad pop. Antioch.
Mach. lib. 1.
Ambr. ſerm. 25.
Teleſph. in epiſt.
Plat. in vitâ Teleſph.

fecerunt, quàm grauiter errent, illius epiſtola conuincit. Cognoſcite inquit à nobis, & à cunctis Epiſcopis in hâc ſanctâ, & Apoſtolicâ ſede congregatis ſtatutum eſſe vt ſeptem hebdomadas plenas antè ſanctùm Paſcha omnes Clerici à carne ieiunent; ea quippe Clericos concernit exhortatio, vt abſtinentiâ biduo laicos anteuertant. Ceterùm tametſi Chriſtus quadragenario exemplo nos excitans ab Epiphanię fęſto ieiunium ſit auſpicatus, Eccleſię Proceres myſterij ergò ſerius aggrediendum ſanxiuerunt, quod pręparandis animis Paſchati iunctum voluerunt vt tempore maximè confini, & contiguo dominicæ paſſioni, vt proindè ſemper quadrageſima in Martiùm incidat, qui eſt veris initium.

Hoc præceptum vniuerſale quidem, non omnes tamen obligat: In quos cadat diſpenſatio?

CAPVT VII.

Baſilius Orat. De ieiun.

ET ordinem quidem illum omnes lubentiſſimè qui verè Chriſtiani ſunt ſimiliter & audiunt, & amplectuntur, exercitus, iter facientes terrâ, marique, mercatores omnes, adeò vt nec inſula vlla, nec continens, non ciuitas, non gens, non deniquę locus vllus tàm deſertus, vbi hoc ieiunandi

di mandatum non fuerit auditum. Vndè nullus jeiunantium numero ſeſe ſubtrahat monet Baſilius; in quo & generationes cunctæ, ſexus omnis, ętas, ordo includuntur. Nihilominus qui leges tulerunt, eâ vſi ſunt prudentiâ, & diſcretione vt nè cui plus oneris imponerent quàm ratio ferre poſſe iudicaret, vt libera remanſerit prouidendi, conniuendique poteſtas penes animarum Curatores medicorum iudicio inſtructos. Quo fit vt in eiuſmodi decretis id attendatur, quod communiter, & in pluribus accidit. Si quid ex ſpeciali causâ, inquit D. Thomas, in aliquo inueniatur, quod obſeruantię ſtatuto repugnet non intendit talem Legiſlator ad ſtatuti obſeruantiam obligare, in quo tamen eſt diſcretio adhibenda. Nàm, ſi cauſa ſit euidens, per ſeipſum poteſt homo ſtatuti obſeruantiam pręterire, præſertim conſuetudine interueniente, vel ſi non poſſet facilè recurſus ad ſuperiorem haberi; ſi quid verò dubij occurreret, pro diſpenſatione adeundus foret qui valeret autoritate, nempè tutiſſimâ viâ nè ἡ φιλαυτία ſe ingerat; cęci enim in propriâ causâ vt plurimùm ſumus. Sed hæc eſt diſcretio Eccleſię, vt malit ampliùs paulò indulgere quàm naturam periculo exponere : ideoque patitur ſymbolum veſpertinum, collationis nomine notiſſimum, modò illud ſobriè fiat, & ali-

D.Thom. 2.2.q. 147.a 4.

ter longè à cœnâ, vel prandio differat, quàm quod mappæ ſint breuiores, & reliquiæ tantùm quæ ex prandio ſupererant apponantur: loco etiam medicinę, dùm bibendi vrget neceſſitas, fruſtum per diem conceditur comedere.

Pueri primùm eximuntur in annum primum & vigeſimũ, aſſueſcere tamen à teneris conſultiſſimum eſt: etiam ſenes ſi annum exceſſerint ſexageſimum, & impotentes ſint. Omnibus interim audendum aliquid, tentandęque vires, vt ij qui hæc profitentur latiùs explicant. Infirmi quoque, prægnantes, quique ęgrotis aſſiſtunt dùm periculum eſt, fabri ferrarij, lignarij, agricolæ, & qui graui labore victum comparare debent, qui profitentur, concionantur, confeſsiones excipiunt, modò aliter ea munia obire non poſſint, peregrinationes neceſſarias ſubeuntes. Præcipit Gregorius Magnus Rauennãti Epiſcopo Mariano Hæmoptoĩsi laboranti, ne præſumeret ieiunare, niſi fortè quinque vicibus in anno, videlicet ſi ſolemnitas grandis exigeret. Simile ſcribit Auguſtinus de Cęnobitis, fuiſſe liberum vt quiſque valetudinis rationem haberet, & nõ fuiſſe quenquam adictum ad id, quod ferre non poſſet, ſed abſtinentias inſtitutas lege caritatis, & multos inter eos fuiſſe qui eos ipſos cibos acciperent ægroti, à quibus ſani & incolumes temperarent;

Gabr in 4. d. 16. a. 1. not. 4. Roſ. ver. jeiun. § 19. Silueſt. q. 3. Caiet. in ſum. verb. jeiun. c. 3. Idem 2. 2. q. 147. a. 3. Gab. in 4. d. 15. q. 3. a. 1. n. 4. Greg. lib. 9. Indic. 4. Epiſtolâ 28. Aug. de morib. Eccleſ. c. 3. & 33.

pari

pari conſilio cum diuo Paulo, Timotheo vinum modicum imperabat. Interrogatus Abbas Siſoy quomodo inueniri Deus poſſit, in jejunio, an in labore, vigilijs, aut miſericordiâ? reſpondit in his, & in diſcretione. Ex quibus liquidò colligitur rectè de jeiunio concluſiſſe Prudentium, *Prud. cathem.*

Ergò ne limum fragilem ſolutæ
Deſerant vires, & aquoſus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus eneruans;
Laxus, ac liber modus abſtinendi
Ponitur cunctis, neque nos ſeuerus
Terror impellit, ſua quemque cogit
Velle poteſtas.

Ieiunandi vtilitates, & commoda.

CAPVT VIII.

CVM ſoleant homines maximè vtilitate capi, prudenter Eccleſiaſticę œconomiæ adminiſtratores, fructus, & commoda tùm ieiunij, tùm abſtinentiæ recenſent, vt ijs illecti præceptum ieiunandi accipiant. Quid verò ieiunio contrà Dæmonis exercitum validius, cùm nos faciat *Baſil. ſerm. 2. de jeiun. Leo ſer. 4. de jeiunio decimi menſis.*

propriam diminuit domum, fac periculum, numera hodiè quæ ſunt intùs, numera deinceps, nihil videbis ob abſtinentiam diminutum, nullum animalium mortem timebit, nihil ſanguinis ſpargetur, vacabit cocorum gladius, menſa paucis, ac facilibus parata cibis ſatis erit, ſtrepitus ceſſabit miniſtrorum; jeiunantis menſa fænus non ſapit, cibum optimè, nàm orexin excitat, & gratiam cibo conciliat, homini integram valetudinem, ſenſuum, ac mentis ſerenitatem. Catharros etiam ſanari jeiunio, ac corporis procurari valetudinem à diuerſis autoribus proditum eſt. Lubet his ſubijcere quæ in eandem ſententiam ſuccinctè, & pereleganter de jeiunio pronuntiauit Ambroſius, ob elegantiam, quanquàm priùs dicta, nullo modo tamen prętermittenda. Eſt jeiunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fæminas fortiores augmento gratiæ. Ieiunium neſcit fęneratorem, non ſortem fænoris nouit, non redolet vſuras, etiam ipſis jeiunium conuiuijs dat gratiam, dulciores poſt famem epulæ fiunt quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diuturnâ continuatione vileſcunt, condimentum cibi jeiunium eſt. Quanto auidior appetentia tanto eſca jucundior. Et quis dubitet Eccleſiam jeiunio ſummam tribuere vim, & energiam, quæ in publicis precibus pro-

Ambroſ. de Eliâ, & jeiunio. c. 8.

K fitetur

fitetur animis, corporibuſque curandis ſalubriter eſſe inſtitutum? Et obſeruantiam, quam corporaliter exhibet, mentibus ſynceris exercere deſideret, nūc cùm epularum reſtrictione carnalium à noxijs quoq, voluptatibus temperemus, ſiuè cùm per abſtinentiam maceramur in corpore per fructum boni operis reficiamur in mente. Corporis itaquè, & mentis vtilitatem exſpectans ſanctorum Medicorum Coſmæ, & Damiani confiſa meritis, atque ſuffragijs votiuâ ſolemnitate implorat ſubſidium, quo fulcita reliquum quadragenarij laboris facilius percurrat, cuius media pars non ſine iacturâ virium eſſet ſuperata. Moueant vnumquemque exempla Sanctorum, Heſter quæ indè pulchrior effecta ſe, gentemque ſuam liberauit; Danielis & Sociorum, quorum, ex abſtinentiâ regalium ferculorum, vultus mirâ venuſtatè reſplenduerunt. Et vitæ longæuitas cùm aliorum, tùm Pauli, & Antonij Anachoretarum, qui totâ pœnè vitâ tàm arctè, ſoliciteque ieiunârunt, & nihilominùs ille tredecim ſupra centum, hic centum & quinque, Hilarion octuaginta, annorum fuerunt, Epiphanius decimumquintum ſuprà centeſimum tribus menſibus ſuperauit: longè interim ſeueriore vſi abſtinentiâ, vt liquet ex ijs quæ antè retulimus, quàm modò reſpublica iàm optimis ſan-
ctionibus

ctionibus conſtituta publico, communiq́ue obſtringat decreto. Sed & olim Eccleſiaſticus præmonuit, quod qui abſtinentes eſſent vitam inuenirent. Tradunt etiam tenuem victum parare ſapientiam, & qui illi aſſueuiſſent, longè facilius à Medicis, cùm morbus vigeret incolumitati reſtitui. Sed nè plura de fructibus, & vtilitate commemorem non verebor iterùm Aurelium producere breuiter, & dilucidè rem omnem perſtringentem, Eccleſiaſt. D. Hier. & Baſil.

Nihil hoc profectò purius myſterio
Quo fibra cordis expiatur liuidi,
Intemperata quo domantur viſcera,
Aruina putrem ne reſudans crapulam
Obſtrangulatæ mentis ingenium premat,
Hinc ſubiugatur luxus, & turpis gula,
Vini, atq́ue ſomni degener ſocordia,
Libido ſordens, inuerecundus lepos,
Variæq́ue peſtes languidorum ſenſuum
Parcam ſubactæ diſciplinam ſentiunt.
Nam, ſi licenter diffluens potu, & cibo
Ieiuna ritè membra non coërceas,
Sequitur frequenti marcida oblectamine
Scintilla mentis vt tepeſcat nobilis.

DE IEIVNIO, ET ABSTINENTIA

Liber IIII.

Quid actum? Quid agendum? paucis peſtringitur.

CAPVT PRIMVM.

SVPERIORIBVS tribus libris jeiunio inſcriptis primùm oſtendimus ad medicum ſpectare munus, quæ in ſacrâ diſciplinâ ſalubria, naturæque conſentanea occurrunt, ſi manifeſta deſignare, ſin latentia eruere, & explicare: deindè antiquitate, meritis, exemplis, & ſplendore eiuſdem expoſitis, tandem, Eccleſiaſtici circa jeiunium, & abſtinendi legem, decreti (quòd hoc opere intendimus) vtilitatem, vitęque proſperæ, & incolumis conſeruationem, vim, & energiam ex præclariſſimorum iatricæ profeſſionis, Hippocratis potiſſimùm & Galeni principum ſententiâ deducere, ſtabilire, confirmare. Et quidem Eccleſiaſticæ ſolicitudinis reuerentia exigit, vt quod diuino conſilio inſtitutum, Chriſtianâ induſtriâ digeſtum in ordinem, tot ſeculis humanâ pru-

dentia

dentiâ acceptum, receptumq́ue diligenti trutinâ expendatur, & quicquid huius argumenti Hieronymus ex fide Hippocratis, & Galeni, Alexandrinus Clemens Antiphanis delij, Baſilius, Gregorius, Athanaſius, Ambroſius, Epiphanius, Leo, ceteriq́ue Patres ex rationibus medicis, tanquàm in ſcholia cõtraxerint, iuſto commentario elucidemus, adeoq́ue eorundem pronuntiata medicis eſſe ſepta principijs, & hæc viciſſim ab illis velut cincta, munitaq́ue cognoſcantur; dextrâ, & læuâ vtrinque fauente, hînc humanæ mentis ſagacitate, illinc fidei, religioniſque radio.

Edendi neceſſitas à naturâ, diſcrimen ab ætate, temperamento, & occaſione.

CAPVT II.

SAPIENTORIBVS omnibus innotuit quod Socrates dicere ſæpè ſolitus eſt, ſe viuere non vt ederet, ſed vt viueret edere. Edendi autem neceſſitas ex naturæ conditione profluxit, quæ ex elementorum quatuor implacabili permixtione coacta, caloris quoque innati, atque viuifici perpetuo, & indefeſſo motu vndequaque atteritur, adeoque duplicem iacturam facit, quæ niſi aſſi- *Hippoc. de naturâ humanâ.*

duè ſarciatur corporis humani ſubſtãtia concidit, & euertitur: præcipuè humido genuino, quod calori tanquam pabulum ſubſtratum, & radicale dictum inſtar olei paſcit, & fouet: reſtauratur verò alimento congruè, oportuneque exhibito, habent enim ſingula, inquit Hyppocrates, eduliа & quo proſint, & quo lædant. Et alibi, omnia mala, & bona ſunt ad hoc nimiũ vel illud comparata, vtque variant occaſiones, ſecundùm quas vt corpus à corpore, & natura à naturâ, ſic nutrimentum differt à nutrimento. Proindè materia ſalubrium cauſarum perindè ac inſalubrium à Galeno eſculẽta cenſentur, à quibus non omnes eodem afficiantur modo, ſed lege exhibita (quę in eo conſiſtit vt vniuſcuiuſque reſpondeant genio cum menſurâ, ac qualitate oportunâ) in illorum claſſem tranſeunt quę naturę ſeruiunt, integritatemque tuentur, ſolent a Medicis nonnaturales eiuſmodi res appellari, non quòd naturę repugnent, ſed quòd indifferentes pendeant ab vtentis prudenti adminiſtratione. Ex quo intelligitur, haud vanum fuiſſe ſtudium eorum, qui in ea quę ad nutritionem pertinent mutuo conſilio incubuerunt, ne vlla ætas, ſexus, natio, profeſſio detrimentum pateretur. Siquidem ex ipſis naturæ primordijs cum ſemine ſimul connata neceſſitas poſtulat alimentum. Dùm enim in vtero opifex

Lib. de affectio. lib. 4. de morbis. lib. de Alimento. Lib de flatibus. In arte parua. cap. 85.

Res nonnaturales.

fex ille calor velut lacti, aut coagulato ceù Iob loquitur, incluſus; & tanquàm araneus ſtamine, ſubteminè que diffuſis ex tribus velut punctis (quæ tria ſunt Hippocrati venarum, arteriarum neruorumq́ue principia) humanę fabricæ conſtructionem molitur, maſſam quandā inſignem, quod decet Oeconomum prouidum, ex quâ annonam, ſanguinem puta incolatus illius tempore quantum ſatis ſit ad formationē, augmentum, & vitam haurire queat, licet aliter initio dùm embrio eſt plantarum ritu atque iàm ſentiente, & motrice facultate tandèm productâ, conſummataq́ue machinâ: nàm tunc organa accommodat ſibi, ſugere enim tunc puerum in vtero comprimentem labra ex vtero matris, annotauit Hyppocrates τὸ δὲ παιδίον, inquit, ἐν τῇ γαστρὶ συνέχον τὰ χείλεα μύζει ἐκ τῶν μητρέων τῆς μητρὸς. Quanquàm diuersâ ratione ſugat quàm dùm calcitrando in lucem eruperit, quandò arreptâ papillâ lac ore tranſmittit, in vtero (licet Diocles apud Soranum, vt refert Fallopius, ſecùs ſentiat) papillæ non ſunt per quas fætus diſcat trahere. Deindè vt ſint, eas fętus membranâ (cuius pars abrupta galeam, aut vittam vulgò dictam, facit) inucluſus attingere nullo modo poteſt, ſed labris extrorsùm porrectis prorsùs aliter, ſepto tranſuerſo ſursùm attracto,

Hyppoc. De natura fætus.

Lib. de carnibus.

Obſeruat. anoto. quomodo ſugant fætus in vtero.

Galea fætui.

coarctatiſque pulmonibus exſpirando vacui fugâ per vmbilicum ductu longiſſimo ex dictâ maſſâ, quam doctiſſimus Aurantius placentam appellatam ab officio jecur vterinum nuncupauit, elicit alimentum, ſic enim viuit puer ſanguine de matre in vtero, & quali mater eſt ſanitate prędita, talem etiam puer habet, vt ſæpè nutricem mutare neceſſum ſit. Sed & à lactis vſu ad ſolidiora faciendus tranſitus. In ceteris ætatibus pro caliditatis, & frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis varietate alimenta varianda, & experientiâ conſtat, & à pręſtantiſſimis autoribus Medicis Hippocrate de Dięta, Galeno de ſanitate tuendâ, alijſque locis innumeris, nè pluribus recenſendis faſtidio ſim, accuratè eſt demonſtratum. Ceterum edendi nobis deſiderium natura inſeuit, pariter & induſtriam.

Hippoc. de natura pueri. Galen. de ſanitate tuendâ l. 1. c. 12.

Simplex victus ſalubrior; lauti, & edaces Cynici, non Epicurei. Eduliorum citò quædam, tardè alia concoquuntur.

CAPVT III.

QVANDO ergò edendum eſt vt viuamus, & fluor ſubſtantiæ perpetuus reparandus ſit, in eo ſic quiſque ſe gerere debet, vt dignitatis Chriſtianæ, nunquàm oblitus videatur, monitus maximè hoc Poëtæ,

Pro-

Pronaq́ue cùm ſpectent animantia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumq́ue tueri
Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere vultus,

vt ſit non mens humo affixa, ſed in ſublime feratur, nec cogitemus caduca, vilia, quæq́ue animum ſatiare non valent, ad æterna verò contendamus, ideoq́ue ſemper pietatis, & religionis officijs intendendum vt noſtræ petitiones ſine intermiſſione innoteſcant apud Deum; quæ non verbis peraguntur ſolùm, verùm etiam omnibus quæ in obſequium noſtri Conditoris, fidei deuotione gerimus. Ad hanc ſanè philoſophiam quiſque ſe diſponat, vt neque naturæ nimiùm indulgeat, neque detrahat vndè in ſuâ peregrinatione retardetur, aut fatiſcat. Pulchrè ſanè, & grauiter Seneca: Placet cibus quem non parent familiæ, nec ſpectent, nec multos antè paratus dies, multorum manibus miniſtratus, ſit parabilis, faciliſque, nil habens accerſiti, prætioſiue, vbilibet non defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, nec rediturus quà intrauerat. Quâ in parte ligurionibus, qui ſibi nullum vitæ modum præſcribunt Epicurus longè præferendus eſſe videtur, cùm in eam planè curam incubuerit, quâ ab omni dolore, atque moleſtiâ corpus tueretur, ac proindè quæ ſuauiter afficerent auidè aſſumeret eâ temperatione quâ facilè voluptate frueretur,

Beda l. 3. c. 38. in Marc. 9.

De vita tranq. lib. 1.

L atque

atque ideò lurcones, & gulæ dediti, dùm ſeſe ingurgitant, immeritò Epicurei dicendi, quin magis Cynici, canum inſtar ad vomitum, ſordeſque redeuntium, ceteris ferè animantibus brutis naturæ circà cibum definitione contentis. Quod itaque Pædagogus antè monuerat, vt chriſtianus cibo ſimplici vteretur, non ferino, ſeù glandibus, herbis, fructibus, fæno, & ſponte terrâ naſcentibus, quorum pernities coëgit alia edulia multâ induſtriâ cogitare, medicâ ratione planè nititur. Quemadmodùm enim in amplâ familiâ œconomus quiſpiam, quo minùs implicatur ſua munia felicius exequitur, contrà in varia diſtractus turbatur, & obruitur: ita calor natiuus, qui in humanâ œconomiâ gubernacula tenet, vniformem victum promptiùs, & accuratiùs ſuperat, & concoquit: diuerſum verò aut difficulter, aut malè. Quod apertiſſimè Aëtius docuit his verbis: varietatem vitare melius eſt, & præſertim ſi ex contrarijs ſint facultatibus, nàm accepta non conuenienter concoquuntur. Quędam namque ſunt edulia quæ breuiſſimo tempore, & ſine negotio ſubiguntur, quædam tardè, magnoq; ue labore, quæ ſi ſimul in corporis lebetem ſtomachum demittantur nullo ſeruato ordine, leuioribus percoctis duriora vix ἑψήσιος, ſiuè elixationis aliquem conſecuta fuerint gradum,

Aſſuarius metho. lib. 3. cap. 13.

Aët. tom. 1. ſerm. 2. cap. 239.

dum, vt vel indè quæ percocta fuerint ex diuturniore in ventriculo (qui non libenter niſi planè opus confecerit portionem dimittit) morâ comparantur, quodq́ue reſiduum & ipſa inficiant : quinimò ſtomachi tenorem maximè ſolet labefactare imprudens, & temeraria eiuſmodi ciborum ingeſtio.

Simplicitas moderatam varietatem non excludit, præſertim in condimentis.

CAPVT IIII.

NATVRA ita comparatum eſt, vt ille quicquid exceperit ſic amplectatur, vt arctiſſimè ex omni parte comprehendat, nimirùm conuertendum in ſuccum, ſiue cremorem ęquabilē, lacteo, cādidoq́ue colore ſimili tingēdum, χυλὸν Græci vocant, ex hoc ſanguis conficitur, cuius fortuna ab illo ſic pendet, vt vitium quodcunq; in ventriculo contraxerit, nullo ſubſequentium partium ſtudio, conatuq́; vnquàm reparari poſſit; quod vulgò dicitur, cōcoctiones poſteriores priores non corrigere. Attamen ſimplex omninò victus intelligēdus non eſt, quaſi præter vnicum ferculū nihil liceat comedere, cùm natura, vt ipſa ex varijs conſtat,

ita commodâ quadam varietate & gaudet, & recreatur. Si enim ſimilia omnia facerent coci (inquit Hyppocrates) non haberent cibi delectationem, ſed temperanda eſt ea opinio, quia ſufficit alimenta non nimium diſcrepare: piſcium, & carnium promiſcui miſſus excuſari non poſſunt: intereà parùm eſt ſi modicum quid huius, illiuſuè generis palati gratiâ deguſtetur, quod etiam Hippocrates conceſſit: paulò, inquiens, deterior cibus, aut potus, ſed ſuauior melioribus, ſed minùs ſuauibus eſt preferendus: & Auicenna inquit, nutriens melius eſt quod meliùs ſapit, prout enim gratior fuerit tùm elementari qualitate, tùm proprietate ſubſtantiæ, eo auidiùs arripitur, & promptiorem experitur conuerſionem; verbi gratiâ, aſſa elixis coniungere ſimplicitati non repugnat, niſi etiam paſtitia accedant, ſeù alia infarta, & magirico fuco adulterata, ex quibus nihilominùs modicum à melioribus ita vinci poteſt, vt ſine ſcrupulo dicere liceat, parùm non niſi parùm nocet, ſi noceat. Hinc quoque non excluduntur condimenta, embammata, intinctus, eiuſq; ſe farinæ alia, quibus cibi vel fiant præſtantiores, vel ſapidiores ad orexin excitandam, quod in piſculentis accidit, circà quæ Rondeletius plurima annotauit, ex aceto, omphacio, aurantiorũ ſucco, croco, myriſticâ, garriophillis, pipere, ſimilibuſq;ue

Hipp. de diet. lib. 1.

38. Apho. lib. 2.

Auicen. l. 1. fen. 3. doct. 2.

Gal. in apho. lib. 2.

Rond. de piſcib.

libuſque pro cuiuſque piſcis naturâ condimentum accommodans. Panis item obſonio neceſſarius vt firmior, ſtabiliorque reddatur chylus.

Cœnæ auſpicia cum bellarijs: ciborum neglectum, præſertim in præmendendo, quæ ſequantur incommoda.

CAPVT V.

AD hæc ſalubriter menſarum auſpicijs olera, fructus, lactucę, ficus, vuæ, alui emolliendæ, vt alia, intemperiei partis cuiuſpiam occurrendę gratiâ, præmittuntur: & bellaria, tragceę, biſcoctus, corni, cydonia, pyra, & caſeus ipſe ventriculi orificio claudendo, firmandoque, vaporibuſque reprimendis idonea refectionem finiunt, quod Horatius innuit, Gal. de ſanit. tuendâ lib. 6. c. 8. Horat.

———— Ille ſalubres
Aeſtates peraget qui nigris prandia moris
Finiet

Adeò lata eſt victus ſimplicitatis norma ab ipſis quoque Patribus indulta, quibus ad eum modum Medici conſentiunt, cùm & experientiâ conſtet enormi ciborum varietate, & incontinentiâ ventris dolores, & capitis, oris graueolentiam, & corporis κακοχυμίαν innumerorum

 lernam

lernam morborum ſuſcitari. Etenim

Q. Seren. Sam.

Nonnunquàm exiſtit ſubiti noua cauſa doloris
Cuius origo latet;

quæ ſanè ingluuiei ſæpiſſimè tribuenda,ad quam haud temerè adieceris neglectam nutrimentorum præmanſionem, cuius vtilitatem adeò extulit Galenus,vt non immeritò concoctionis in ore factæ ſpeciem præ ſe ferat quæ chylificationi neceſſaria habetur præparatio; de quâ verè dicitur, quòd cibus bene præmanſus ſit magnâ ex parte coctus: contrà verò voraces minùs viuere, quòd vitient radicem totius nutricationis bolis durioribus ſpreto palati, dentiumque vſu ventriculum exaſperantes: color indè luridus arguit ſanguinis impuritatem,& ſpirituum,qui calori in actionibus vbique ſubſeruiunt, craſſitiem, caliginem, & tarditatem, cauſam ſæpiſſimè febris,apoplexiæ, vel tabis. Ex pueris ſanè intelligi poteſt,quid,quantumque valeat nutritionis ſimplicitas,quæ certo interuallo accommodata obeſulos,viuidos,ac bellè valentes facit, cùm contrà perditos,& ad ingluuiem educatos, perpetuoque de miſſuum varietate anxios, faſtidio quodam vitam trahere videamus.

Exceſſus

*Exceſsus omnis noxius. Ventriculus regi, horolo-
gioq́ue comparatus. Helluones notati.*

CAPVT VI.

HISDEM morbis, alijſq́ue non minùs grauibus cibus plus æquo ſumptus, vt vires opprimat obnoxium reddere, ipſi quoque medici ſeriò indicârunt. In ventre difficultatem ſpirandi, & crudam deiectionem, Græcis λειεντερίαν, in genere venoſo obſtructiones, & varias febres, in habitu corporis ἀτροφίαν, extenuationem, phymatum genus omne, lepram, ſcabiem. Ad hæc inſomnia, nocturnaſq́ue moleſtias; vt alia prætercam effectu nota, colore, tumore, doloreq́ue, & ex accidente, quæ ab illis ſubleuat incommodis, ſanatione. Nàm vomitu, ventriculi ſatietas; vaſorum repletio, ſanguinis eductione; totius corporis grauitas, ſudoribus tollitur. Rectè igitur à Galeno, Senis ſententiam in epidemijs interpretante, refertur, non repleri vſque ad ſaturitatem, impigrumq́ue eſſe ad exercitationes, ſalubris victus caput eſſe. Actuarius quoque aſſumendi cibi vniuſcuiuſque modùm præſcribit, quo nondùm ſatietas cęperit: ſic enim, inquit,

Lib. 6. comment. 4. Aphor. 21.

Cap. 9. de Spir. anim. nutrit.

exſuperans natiuus calor cibos qui in ventriculo continentur confecerit. Ex quo natum eſt ſalubre Medicorum præceptum vulgò celebratum, à menſâ cum fame recedendi; ſic nimirùm vt ventriculo ſati quidem factum ſit, non tamen ita turgeat, vt capere amplius nequeat, ſiuè conceptaculum, capacitatemuè, ſiuè facultatem, moleſtiamuè ſpectes; vtrumque enim offenditur, quandò fibrarum, quæ inſtar funiculorum quibus crumenæ conſtringuntur, circà chylum contractio ad concoctionis felicitatem inprimis neceſſaria impeditur. Orexis certè, ſiuè appetendi ſenſus qui in ore ventriculi à ieiunis percipitur, non omninò extinguenda eſt, quin potius aliquod eius momentum relinquendum quaſi adhuc vigentis naturæ inditium, nè vllo tempore quieſcere vis illius hâc in parte videatur, quæ in corpore non exiguum obtinet dominatum. Siquidem,

Q. Seren Samon.

Qui ſtomachum Regem totius corporis eſſe
Contendunt, verâ niti ratione videntur:
Huius enim validus firmat tenor omnia membra:
At contrà eiuſdem franguntur cuncta dolore;
Quin etiam (niſi cura iuuat) vitiare cerebrum
Fertur, & integros illinc auertere ſenſus.

Sed & hoc quoque orexis illa commodi præſtat, quòd inſtar clepſydræ cibandi opportunitatem

tem ſuggerat, & veluti lineæ index ex horologio, edendi viciſſitudinem notat cuius progreſſio non debeat ſiſti, ſed in perenni motione foueri. Quemadmodùm enim horologium, ſi prorsùs libramenta decurrere ſinantur, torpeſcit; etſi crebrius id accidat rubigine obducitur, & ſordeſcit; ita ſtomachus ex frequenti oppletione velut obdormiſcens lentis, ac prauis humoribus inficitur, ex quibus faſtidium, & nauſea procedunt, tardiorque famés recurrit, & tandem ſpirandi quoque difficultas enaſcitur, vt proindè ſicut limâ horologij ferrugo deterenda, ſic medicamentis tùm incidentibus, tùm detergentibus, & purgantibus in ſtomacho vitioſa colluuies venit deradenda. Quapropter Clodium Albinum miror, qui in cęnâ centum campana edebat perſica, vuarum cabicanarum pondo 20. ficedulas 100. oſtrea 40. quingentaſque ficus. Maximinum minorem, qui vini amphoram bibebat, & carnis libras 11. comedebat. Aglain verò tibicinam magis, quòd carnium minas decem, chænicaſque panis quatuor mulier abſumeret. Quædam noſtro æuo 80. porros grandes crudos comedit. *Cardan. de rerum variet. lib. 8.* Quid? duos olim noui Louanij pernis peſtes, labes larido, ſumini abſumedines, callo calamitates; imò lanijs laſſitudines, & porcinarijs, *Plaut. Captei.* qui totum cum carne carnarium poterant deturbare,

bare:nàm petaſonem, armum ouillum, & plures libras carnis vno ientaculo expedire illis erat pro ludo: alterum giganteâ mole memini etiam cereuiſiæ pocula quatuor adiunxiſſe & viginti: alterum in edendo ſuperiorem, ſic quidem vt nihilominùs in prandio neque jeiunioſiorem, neque magis refertum fame (vt pergam cum Comico loqui) quenquàm inueniſſe licuiſſet. Sani interim erant ipſi; ſed proles habebat edacior choeradibus, glanduliſque (quod ſuibus familiare eſt) valdè obnoxias, & afflictas. Rarum hoc eſt, quòd in ſe ipſi nil luerint, quandoquidem fortunæ ſæpius abdomen, & pinguem aqualiculum, qui propenſo ſeſquipede extabat, coëgerint vacuum conſtringere, & vnam ingluuiem longâ eſuritione compenſare: tanti certè valet carere poſſe, & abundare. Phagum hominem menſæ Aureliani adhibitum (autor Flauius *Flauius Vopiſcus.* Vopiſcus) vno die aprum integrum, 100. panes, veruecem, & porcellum comediſſe.

Horatius.

——— *Quanta eſt gula, quæ ſibi totos*
Ponit apros!

Milo Crotoniates, teſte Theodoro carniũ minas 20. deglutiuit & totidem panis, quadrimum ſolus *Sueton.* abſumpſit taurum, quem per ſtadium ſuis humeris retento anhelitu portauerat. Heraclides nepotũ altiſſimus gurges, Vitellium imitatus, nullâ

inten-

interpoſitâ morâ per ientacula, prandia, cęnas, & comeſſationes ſolus omnibus inuitatis ſufficiebat. Aſtidamas Mileſius ab Ariobarzâne ad conuiuium vocatus, quicquid ceteris paratum fuerat ipſe deuorauit. Timocreonti Rhodio inexplebilis ventris ingluuies vitio vertitur, vndè illi hoc inſcriptum Epitaphium.

Multa bibens, tùm multa vorans, mala deniq; dicens
Multis, hîc iaceo Timocreon Rhodius.

Verùm his fruges conſumere natis ventriculus pro ſacculo eſt, vt qui mergos imitentur: quos omnes non diù, aut infeliciter, & abiectè viuere, aut miſerè aliquandò perire periculum eſt. Exempla plurima ſunt, & inter cetera, Audebanti regis Anglorum, qui conuiuio quodam exceptus tantùm cibi, & potus deglutiuit vt eo ſuffocatus repentè animum efflauerit. *In Annalib. Ang.*

Materia alimentorum tripartita. Quæ fortibus, debilibus, & mediæ diſpoſitionis conueniens.

CAPVT VII.

PORRÒ non ſolùm alimentorum copia grauat, verùm etiam eorundem vis, atque potentia; vt ſi ex ijs fuerint quæ valentiùs, & plus nutriant, multo antè expletam appetentiam, ex Actuarij conſilio ab- *Deſpir. animal nutrit. c. 9.*

abſiſtamus, eorum verò quæ parùm, ac leuiter alunt, liceat plus ingurgitare, ſiquidem illa diutiùs concoqui poſtulant, hæc faciliùs demittuntur.
Cor. Celſ. l. 2. c. 18. Cornelius Celſus alimenti materiam in triplici ponit diſcrimine, id validiſſimum vocans in quo plurimùm alimenti eſt, velut in carne, pane, & piſcibus maioribus, ouis duris: imbecillimum, minimùm nutrientia, olera, poma, cochleas, fructus: medium, paſtinacas, rapas, & auiculas leuiores, mediocreſque piſces. Neque verò in generibus rerum tantummodò diſcrimen eſt, ſed in ipſis etiam quod ætate ſit, membro, ſolo, cælo, habitu: corporibus enim animalia magis nutriunt, minùs extremis, vndè in prouerbio eſt

Languenti caudam, medium meliùs comedenti,
Sed caput Abbati dederis;

& quæ magis exercentur ſalubriora: hinc piſces rapidi fluminis, & moderatè habiti præferuntur, quique bono, & ſalubri alimento vtuntur. Sed execrandum eſt quod hiſtoriæ prodiderunt, Vidium Pollionem ſeruos in Piſcinam coniecisſe, vt ſanguine humano paſti piſces eſſent delicatiores: ſtolidius multo Ariſtoxenum Cyrenæum, lactucas vt luxurioſiores creſcerent mulſo veſpere rigâſſe. Itaq; materię genus pro viribus, & modus omnibus pro genere æſtimetur, imbecilliſque hominibus rebus infirmiſſimis opus eſt, medio-

mediocriter firmos media materia optimè ſuſtinet, & robuſtis apta validiſſima eſt. Plus deindè aliquis aſſumere ex leuioribus poteſt, magis in ijs quæ valentiſſima ſunt temperare ſibi debet. Quę enim ex valentiſſimis, ac plurimùm nutrientibus cibis contingit ſatietas, Græci πλησμονὴν dicunt, pernitioſior eſt, quod vulgari prouerbio dicitur, omnis repletio mala, panis autem peſſima.

Vt commodiùs jeiunetur frugaliùs Bacchanalia celebranda.

CAPVT VIII.

QVÆ cùm ita ſe habere experientia doceat, eo magis inſanire cenſendi ſunt, qui potiſſimùm Bacchanalibus ventrem ad buccas certatim ouis induratis, calentibus è furno panibus, moretis, τυροταρίχοις, eſchariticis, prætereà iſitijs, lucanicisque ſe infarcire contendunt, quaſi ſingula non ſatis officerent, niſi eius generis plurima & ſimul, & confertim intrudantur, veluti inſtantem eſuriem vallis, & mœnibus excluſuri. Stultiùs nihil excogitari poteſt, quòd eos & imaginatio, & timor de abſtinentiâ magis ad appetendum moueat, & ciborum cruditas ventris orificium ſti-

mulans, & vellicans edendi deſiderium excitat, caninum appetitum refert non ſine moleſtiâ; ſæpè enim durare non poſſunt, donec euomant, & à nouo demùm cibo remedium petant. Ac tantùm abeſt, vt voti compotes efficiantur, vt malorum aceruo oppreſſi, colicas, choleras, febres, κεφαλαλγίας, aliaſque calamitates experiantur, & denique nihil minùs poſſint, quàm jeiunare. Quocircà Medicorum ſententię conformem videre licet eam quâ Baſilius vult aggredientem jeiunium antè ſe ad continentiam præparare, quòd natura ab vno extremo in aliud ſubitam mutationem quàm maximè auerſetur: vndè Celſus; neque ex multâ fame nimia ſatietas, neque ex nimiâ ſatietate fames idonea eſt. Sed quod paulatim fit, Senex ait, tutum eſt, tùm aliàs, tùm cùm ab altero ad alterum tranſitus fit, omne enim nimium naturę inimicum. Auicenna idcircò ſic ſcripſit: nihil eſt deterius ſaturitate in tempore fertilitatis, quam fames ſequitur in tempore ſterilitatis, & è conuerſo.

Baſil. ſerm. 1. de jeiun.

Celſus 3. lib. 2.

Aphor. ſid. 1. Ariſt. 7. polyt. Hyppoc. 7. Epidem. Gal. in arte paruâ. 2. vict. acutorum Auic. lib. 1. fen. 3. doctrin. 2.

Frequen-

Frequentior comeſſatio, & concoctio interrupta periculoſæ.

CAPVT IX.

PRÆTEREVNDVM hîc non eſt, quod frequentior per diem comeſſatio non omninò ad ſalubritatem ſecura ſit, dùm præcedens concoctio à ſuccedente paſtu interpellatur: vixque non indè contingit ſaturitas, vbi miſſuum varietate pellectis, bolum bolus trahit, & incautè irrepit copia poſtmodùm deploranda. Qui ferat ientaculum, prandium, merendam, cœnam cum appendicibus, ſtatarijſque guſtationibus genialiter toties repetitis, quandò hinc ita prematur natura vt ſuffocetur, & non raró conſequatur aut hydrops, aut immatura mors. Certè, vt ſenex ait, ſomnum difficilem, inſomniaque conturbata, ac tumultuoſa; experiuntur qui in ventrem feruentem adhuc, & fermentatum, nouos cibos ingerunt: quod etiam Clemens Alexandrinus prudenter animaduerterat. Ceterùm cibi redundantiæ, quæ ſatietas dicitur, humorum repletionem, & corporis molem ſuccedere manifeſtum eſt, quæ ſi excreuerit ad ſummum, quantumuis prauæ qualitatis expers,

Hypp. de medici. veter.

Clem. Alexand. pædag. πλῆθος, πληθώρα ἐυεξία.

expers, velut in athletis, periculoſa eſt, ob metum ne vaſa diſtenta dehiſcant, aut diſrumpantur, vndè inflammationes, & hęmorragiæ, id eſt, ſanguinis profluxiones, ſyncopes item ob vniuerſalem obſtructionem inſitum calorem extinguentem: febres quoque ex putredine, quòd talia corpora ſint diſdiaphoretica, imperuiaque: apoplexiæ etiam, & aphoniæ repentinæ, ob carotidum, & venarum interceptionem, quâ ſpiritus aditu ad cerebrum prohibetur. Eiuſmodi ergò habitus, ſi prętcr modum impleatur, vt locum natura non habeat, quo appoſita contineat, adeoque tùm ad melius acceſſio fieri nequeat, dùm ea naturæ vis, ac genius ſit vt id conſeruare conetur quod habet, nec vnquàm quieſcat à concoquendo, diſtribuendo, aſſimilando, ob ἐντελέχειαν iacturam patitur, & ſuę œconomię ineuitabilem ruinam, quam Medicorum Coryphęus olim prędixerat hâc breui ſententiâ. Habitus exercitatorum qui ad ſummum bonitatis pertingunt, periculoſi ſi in extremo conſtiterint, neque enim poſſunt in eodem permanere, neque quieſcere, neque poſſunt proficere in melius, reliquum eſt vt decidant in deterius. Non temerè eſt, quòd ad bonum habitum qui in ſummo eſt, hoc diſcrimen referatur: agricolarum tamen bonus habitus agris colendis, conſerendiſquè

Hipp. l. 1. aphor. 3.

Plenitudo ad vaſa.

que, laboribuſque ſimilibus comparatus tantum abſit,vt in vitio cenſeatur, cùm ipſe vndequaque laudabilis ſit. Periculi autem illius magnitudinem ex eo colligas, quòd plenis velis in eius ſolutionem contendat,quæ etiam vbi ſolùm vires grauantur eſt molienda. *Plenitudo ad vires.*

Atque hęc tandem ſic explicata ſufficiant, ex quibus iàm liquet ſatis, nihil quod ad abſtinentiam,frugalitatemque, quam Eccleſiæ legiſlatores in Chriſtiano homine requirunt, fruſtrà impoſitum, ſed omnia vt honeſtatis, ſic ſalubritatis eſſe pleniſſima. Fateor multa huius argumenti præclara haberi & documenta,& præcepta,quæ tamen tædij euitandi gratiâ lubens præterij, certo inductus nihil eſſe ſic dictum quod hâc interpretandi methodo, virtute non ſit comprehenſum.

Cibi quâ menſurâ ſumendi?

CAPVT X.

IN eo magnoperè commendandi, qui Senatum Eccleſiaſticum retulerunt, quod ceteris rebus tàm ſapienter,prudenterque diſpoſitis,ciborum menſuram liberam reliquerint. Quanquàm enim Aëtius in cibo ex communi Medicorum *Cap.24. lib.3. ſerm. primo.*

ſententiâ multitudinis etiam adhibendum modum docuerit, & menſuræ maximè omnium diligentem reſpectum habendum, nihil aliud cogitauit, quàm appetitum refrænandum, neque plus quam vires tolerant accipiendum, perſuadere. Siquidem vir ille doctiſſimus à communis præceptoris dogmate recedere non potuit, qui in illius ſcriptis tàm nauiter eſſet verſatus, is ſiquidē libro de veteri Medicinâ, vbi de ſorbitionibus, & cibis ſolidioribus, de dietâ ægrorum pariter & ſanorum, fame quoque, & repletione grauiſſimè diſſeruiſſet, tandem ſcribit; Oportet modum aliquem coniectare: modùm autem, neque pondus, neque numerum aliquem ad quem referas, agnoſces; certitudinem enim non reperies aliam quàm corporis ſenſum; quia qui valent, facilè tantùm concoquunt, quantùm appetunt, vt preſide, vel admonitore non egeant, qui ſingulorum quę aſſumuntur quantitatem metiatur, vt, niſi prauo impetu aſſueuerint abripi in voluptates, facilè cuiuis ſufficiat. Hanc iuſtam, ac vnicuique peculiarem, & congruam menſuram, & quantitatem quis exprimat? Ex virium enim conditione ipſius quantitatis deſignatio pendet, quæ in infinitum variant, tùm per ſingulos homines, tùm per ætates, conſtitutiones, regiones, cęli ſtatus, & tempora. Nemo enim ignorat alios plus cibi re-

Hyppoc. lib. de veteri medic.

Gal. in arte par. uâ l. 2. de ſanit. tuen li. 1. 4.

quirere

quirere, nonnullos exiguâ portione mox ſatiari, pueros amplius conficere, ſenes cibum modicum exigere, eumq́ue ad ſummum, Hyppocrate teſte, tranſmutatum, & bene percoctum, vbi iuuenes facilè, & leuiter putrefactū, & crudiorem, durioremq́ue ſuperant, atque vincunt. Sic Aſiatici moderatiore, Iapones parco, Europæi liberaliore alimento vtuntur: hyeme & vere ventres calidiſſimi, pluri nutrimento indigent, æſtate contrà non tantoperè appetunt. Moyſes quidam apud Caſſianum, maiores ſuos frequenter de optimi cibi quotidiani modo diſcutientes audiuit, qui ob varietatem eorum, quibus monachi vitam iugiter exigebant, præpoſuêre cunctis illis, refectionem ſolius panis, cuius æquiſſimum modum in duobus paximachijs ſtatuerūt, quos (inquit) paruulos panes vix libræ vnius pondus habere certiſſimū eſt: Cui ſubiunxit Germanus, nos hoc gratanter amplexi, reſpondimus; hunc modum nos minimè pro continentiâ reputare, quippe qui integrum eum nequaquàm poſſemus inſumere. Adeò quòd alterum paximachium in veſperam nonnulli reſeruâriut aduenturi hoſpitis gratiâ. Satiùs tamen tùm iudicatum eſt huius continentiæ modum generalem ſtatuere, vt ſecundùm capacitatem virium vel corporis, vel ętatis, tantùm ſibimet cibi vnuſquiſque concedat

Maffæ hiſtor. Indic.

Collat. 2. c. 19.

Paximachium quid?

quantùm ſuſtentatio carnis, non quantùm deſiderium ſaturitatis expoſcit. Ex quo liquidò patet Eccleſiæ diſcretionem Medicorum normæ adamuſſim reſpondere: cùm nè Monachos arctiorem vitam profeſſos hâc in parte voluerit

Baſilius. conſtringere. Vndè rectè Baſilius: quantùm (inquit) ad cibos, prout vſus depoſcit, vel labor, vel robur corporis eſt: non enim fieri poteſt vt omnes vnum ordinem, ac modum, vel regulam cuſtodiant: ſed immutari oportet menſuram per ſingulos in quibus cauſa aliqua diuerſitatis exiſtet.

DE.

DE IEIVNIO, ET ABSTINENTIA

Liber V.

Alimentum priuſquàm nutriat multipliciter transmutatur; nullumque eſt tàm ſimile, quod nihil contineat ſecernendum.

Capvt primvm.

HYPPOCRATES (de quo Galenus teſtari non erubuit, καλῶς ἤγουν ἐκεῖνος οὐδὲν ἔγραφεν ἔμοιγε οὖν κριτῇ) conſcripturus diętam humanis corporibus ſalutarem, primùm monuit cibum, potumque officere homini, niſi etiam laboret: contrarias enim (inquit) inter ſe vires habent cibi, & labores, verùm inter ſe mixti conferunt ad ſanitatem. Nàm exercitationis proprietas eſt, eorum quæ inſunt conſumptio; cibi autem, & potionis, eorum quæ diſſipata ſunt, reſtauratio. In hoc munere calor genuinus, quanquàm fatigari non poſſit, quòd cælo trahat originem, mirum tamen quantùm negotij ſubeat, quàm ſingulis partibus nutrimentum variè tranſmutatum paręt, non ſo-

Lib. 1. de vſu part. 8.

lùm ob nutrimenti diuerſitatem, verùm etiam corporum. Nàm corporũ alia alijs peruia magis, & alimenta ad concoctionem minùs difficilia. Nullum interim tàm facile eſt, ac familiare, quod non aliquâ ex parte faceſſat negotium, & alieni quippiam contineat, quod debeat ſecerni. Aduertunt in metallorum præſtantiſſimo Chymici, qui aurum operantes tundunt, lauant, molli igne liquant, forti autem non conflatur, vbi verò elaborârunt ad omnia vtuntur: vtque autoris Coi parœmiæ inſiſtam: vt pellium tinctores tendunt, terunt, pectinant, lauant; & fullones tranfigunt, calcitrant, feriunt, deſtruentes tundunt, trahunt, deſtruentes robuſtiora faciunt, decadentes ſupereminentia, & attexentes, pulchriora reddunt: ſic, ceteris omiſſis, homo frumentum tundit, lauat, molit, & vbi igni coxit, vtitur. Sic calor ille œconomus, qui naturæ nomine gaudet, alimentum quantumcunque benignum, & ſucco præſtans aggreditur, ac molitum dentibus ſaliuaque ſubactum, ventris lebete coquit, demiſſum cribrat, colatque per inteſtina, hepatique tradit per meſeraicas manus, ſiue lactantes venas in ſanguinem conuertendum. Inde quod ſe queſtratur inſtar furfuris deijcitur, σκύβαλον appellatione; à ſanguine verò bilioſa pars proprio folliculo abſtrahitur, pars cùm ſero à renibus emulge-

De diæt. lib. 1.

Nomen naturæ calori natiuo etiã attribuitur.

mulgetur: limoſior autem tanquàm cœnum abripitur à ſplene. Deniq́ue ſanguis per venas diſtributus quaſi collutratus, agglutinatuſq́ue ſudorem, & ſordes, hyeme maximè conſpicuas in cute relinquit, priuſquàm perfectè aſſimiletur, & in ſubſtantiam tranſeat. Sed in cauitatibus quoque corporis, cerebro potiſſimùm, muccus facilè colligitur, ſiue pituita, quæ hybernis temporibus ſe prodit. Vt vno verbo dicam, confirmantur hęc pręceptoris Medici ſententiâ libro de Morbis; nullum eſt planè nutrimentum, nec panis ipſe, nec aqua, è quo calor eam varietatem non eliciat. Multa quoque à Galeno in eam ſententiam dicta ſunt, quæ breuitatis ergò pretermitto.

Hyppoc. 4. de morb.

Hyppoc. lib. de morb.

Corpus neceſſariò ſeneſcit, & ab alimentis teritur.

CAPVT II.

CETERVM non ſolùm à cibis machina corporis per reactionem (vt vulgò dicitur) patitur, verumetiam alteratur, & aſſiduitate iacturam accipit, quantumuis non ita citò, ſed ſenſim deprehendatur; quemadmodùm

Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpè cadendo.
Atteritur igitur, & ipſorum nutrientium ſuccorum attactu per ſingulas permutationes neceſſariò ſeneſcit, quanquàm enim à viſceribus tandem vincatur nutrimentum, eorumq́ue ſimilitudinem ſuſcipiat, chylus ſcilicet albus fiat, ſanguis ruber, & ſigillatim per ſingula agglutinationis momenta, partium quibus affigitur colorem induat: nihilominùs id ſine luctâ contingere nequaquàm poteſt, reſiſtendoque viciſſim vim ſuam in corpus exercet. Quarè meritò Galenus medicum quendam Aegyptium riſit, qui ſenectutem ſe prohibere poſſe, quam nec effugere potuit, iactitabat: nàm octuagenarius ſtrigoſus, & marcidus è vitâ migrare fuit coactus. Siquidem mortalium cuilibet præfinitum eſt certum viuendi ſpatium, quod omninò prorogari non poſſit: haud ſecùs ac in clepſydrâ puluiſculus ad horam quidem decurrere valeat, aut in lampade lychnum cum oleo tanto tempore flammę nutriendę ſufficiat, cùm neutrum eâ menſurâ diutiùs durare quacunque induſtriâ queat, licèt vtrumq́ue facilè intercipiatur, turbetur, & euertatur, ad eum modum homini prętituti termini ſunt, qui præteriri non poſſunt, quantùm enim ingenitum pingue, ſiue (vt vocant) humidum radicale poteſt, tantùm vita hominis manet, nàm

Lib. de maras.

calor

calor ille viuificus, quamdiù ſalubre ipſi pabulum ſuppetit, inescatus; ſtationem non deſerit, niſi aliundè pellatur, vndè præmaturè contingit mori, & (vt ille ait) obitus ante diem. Quemadmodùm autem, quo lucernæ oleoſus fomes purior fuerit, eo flammam habet lucidiorem, conſtantioremq́ue; ita ſanè accidit in vitâ, in quâ functiones omnes pro caloris, & humidi inſiti conditione ſe habent, vt pro copiâ, & ſynceritate huius, ille quaſi ſplendere, coruſcare, ac vigere videatur; quin ſeipſe tuetur, genuinumq́ue illud ſuum nectar, quod ab ortu ſortitus eſt, non ſecùs; ac ſi præſtantiſſimum balſamum, aut merum ambroſium ex alieno ſucco inſtaurans, & protrahẽs, ritu prudentiſſimi œconomi, ſolicitè pretioſam annonam, quâ ratione poſſit, producens, cuius ſuauitate quàm diutiſſimè perfruatur. Eo nomine alimenti ſufficitur materia conueniens, quæ neque ineptâ farragine, neque incommodâ copiâ caloris entelechiam, ac operationem remoretur, interturbet, aut euertat; ſed tantùm offeratur, quantùm facilè concoquat: quæ ſola eſt certior alimenti ad calorem proportio, qui alioqui non magnoperè offenditur, modò non prorſus vitioſa, ſed quæ vincere poſſit, offerantur; inter quæ familiaria præſtant, & conſueta. Campanienſes Brabantiæ aterrimo pane victitant, Le- *Auicenna fen. 3. lib. 1. doct. 2. cap. 7.*

mouicenſes in Galliâ, pane è caſtaneâ, ſolis tantùm Dominicis frumentaceo vtuntur. Et Calabri frugaliùs, ac ſordidiùs paſti, quòd laboribus ſe vehementer exerceant diu admodùm viuunt. Ex his colligitur in corpore humano plurima, & varia ſuperuacanea, & aliena congeri, tùm ex parte alimenti quâ diſſimile eſt, tùm corporis, quòd attritum labefactatur, vt minùs perfectè obeundis functionibus idoneum ſit; imò, niſi oportunè euacuentur congeſta, obſtruant, opprimantque, & ea tandem inuehant quæ SS. Leo, Athanaſius, Gregorius annotârunt. Quibus occurri tradunt medici oportunis exercitijs, hæc enim duo conferunt potiſſimùm, humores ſuperfluos euacuant, & membris conciliant robur, & εὐφορίαν.

Exercitium non ſemper eſſe oportunum. Ieiunium etiam euacuare, & quidem ſecuriùs.

CAPVT III.

OMNIVM quidem exercitationum commune illud eſt, vt animanti caloris incrementum ex ipſis excitetur; additque Oribaſius, laborioſas, membra organica *Synop. lib. 1. c. 2. & 3.* præparare, & robuſtiora ad actiones, ad vali-

diſſi-

diſſimam alimenti attractionem, promptiſſimamque alterationem, & meliorem appetitum propter excitatum calorem reddere, meatus purgare, & vehementi ſpiritus impetu excrementa expellere. Sed cùm in exercitijs differentia inſignis habeatur, aliud valens ſit, leuius aliud; quoddam aut vnam, aut pauculas partes, nonnullum corpus totum, aut magnâ ex parte afficiat, moleſtia ſæpe coniuncta eſt, & incommodum, vt cùm opus eſt, non ſemper vſurpare quis poſſit. Nàm nec fodere, luctarique, nec magna tollere onera vtile eſt; nec currere, aut vmbras perſequi, funem ſcandere, ſummis digitis concertare honeſtum; nec follem aut paruam pilam, quantumlibet à Galeno peculiari libello præ ceteris commendetur, tractare, vel datatim ludere quouis tempore oportunum. Quare aliud quoddam inſtrumenti genus perquirendum, quòd minùs negotia impediat, conſtantiùs operetur, & ſingulas ex æquo corporis particulas attingat, & ab omni vi, atque iniuriâ, quàm longiſſimè abſit. Id ſanè principum medicinæ primus inſinuauit libro de veteri medicinâ. *De vete. medic.*

Fames magnam potentiam in naturam hominis habet ſanandi; eſt enim crapulę contraria, quæ plures occidere dicitur, quàm gladius.

Quoniam autem fames, vt ceteræ res omnes ſaluberrimæ, & optimæ, nocere poſſunt, maiorem prudentiam requirit; quòd euacuationes, ſi à modo receſſerint, ſint periculoſiores, quòd non ita facile ſit detracta reſtituere, ſicut ſuperflua detrahere: quæ duo ſunt capita actionum medicarum.

4. Aphoru l. 1.

Victus tenuis, plenus, & mediocris.

CAPVT IIII.

PORRÒ nè cui durior appareat famis appellatio, quænam ſint inſtrumenta, quibus medici in corporibus curandis, tàm proſperâ, quàm aduerſâ valetudine nitantur, prælibabo: vt cùm inter illa fames, ſiue abſtinentia locum inuenerit, fiant deinceps quæ dicturi ſumus, clariora. Sunt autem illa victus, ſiue diæta, pharmaca, chirurgia; ex quibus victus pręſtat, vt qui multùm admodùm in omnibus etiam corporis malis proficit, in ſanitate ſufficit, nec aliorum ſubſidio indiget, quæ tamen ſine victus obſeruatione non conſiſtunt. Is verò in plura genera diducitur. Cùm enim quantùm natura capere, ferréque poteſt, offertur, & corporis moles augetur, plena diæta dicitur: media autem, ſi neque admodùm augetur

Celſ lib. 5. præfat

tur, neque diminuitur ſubſtantia, ſed moderatione quadam fouetur; ad quam ſpectat philoſophica temperantia, quam antea commendauimus: tertia corpori fomitem ſubtrahit, & per pauca, vt dicunt medici, parumque nutrientia ducitur, & tenuis appellatur. Cornelius Celſus abſtinentiæ duo genera conſtituit; vnum, vbi nihil aſſumitur; alterum, vbi non niſi quòd oportet. *Cap. 16. lib. 2.* Vtrumque ſanis inutile, quod neceſſariò edendum ſit, & quoad fieri poſſit conſeruandæ vires, quâ in parte multis obfuit imprudentia, qui vel vitâ, vel mente luerint. Sed nec craſſus victus in ſanis probari poteſt, quòd obeſos reddat, & (vt Aëtius inquit) ſterilitati obnoxios: addente Celſo, craſſos, & obeſos plerumque corripi acutis morbis, & difficultate ſpirandi, ſtrangulari, ſubitoq; ſe mori, ſaltem capite grauari, fumis, vaporibuſq; ſe oppleri: vt rectè, ſit dictum, pinguis venter non gignit ſenſum tenuem. *Lib. 4. ſerm. 4. c. 26.* *Hieron.*

Eccleſiaſticum jeiunium, peculiare victus genus, ſanis tùm vtile, tùm neceſſarium, & mentem ſerenam faciens.

CAPVT V.

PRÆTERMISSVM ſi fortè dixerim à Medicis vnum victus genus non merebor notam, quòd maiori corporis curâ impediti, Chriſtianorum ſcopum non aduerterint, quantumuis eorum quæ ad illum faciunt, planè nihil omiſerint. Sed excuſatione digni cenſebuntur ſi non expreſſerint, quod ex illorum diuiſione facilè colligitur. Eſt autem illud quod neque plenum, neque tenue ſimpliciter nominandum ſit, quo corpus inſigniter inanitur, idemque etiam ſatis ſuperque reficitur. Eiuſmodi eſt, quod propriè jeiunium Eccleſiaſticum vocamus, hoc enim licet alimenta rariùs, ea tamen ſuppeditat, quæ materiâ conſtant plurimùm ſuſtentante; cuius vis, atque præſtantia ſi rectè æſtimetur, ſanis corporibus non ſolùm vtile, ſed etiam neceſſarium deprehendetur. Quandoquidem eâ moderatione conſtet, quâ, docente Hyppocrate, ſanus homo carere nequit, vt ſanitatem tueatur

tur. Quæ enim ad reſtaurationem ingeruntur, ſuperuacanea relinquunt, quo ab oppoſitâ vi conſumantur. Quod non ſolùm labore, & exercitio, ſed jeiunio quoque ab eodem autore adſcribitur. Quamuis ſiquidem eodem ſpectent tùm labor, tùm jeiunium, hoc tamen illo multis numeris præſtat; quòd mitiùs, & æquabiliùs operetur: labor namque agitatione quadam, ac moleſtiâ confertim corpus afficit, jeiunium verò blandè, ac ſuauiter ſingulas partes ſenſim euacuat: quandò etenim alimento deſtituitur natiuus calor foueri poſtulans, in humores ſuperfluos conuertitur, eoſque vndequaque conficere ſatagit, ſemper quietis impatiens quærit in quod agat, ſic vt tandem morborum cauſas exterere, catharros, diſtillationeſque ſiccare, & mentem clariorem efficere deprehendatur. Liquet hoc in dyſentiricis, & aluo fluente tabeſcentibus, quibus viuax, & integrum manet iudicium. Perindè, ac prauos naturæ ſtimulos cohibere, dùm mollibus jeiunij habenis, rariore ſcilicet, moderatioreque refectione hepar, Platoni ciborum, potuum, ac venereorum ſedes, tricipiti beluæ à Galeno comparatum, reprimitur. Iraſcibilis vis altera, ab eodem leoni aſſimilata, ſimiliter conſtringitur, ſedatiorque redditur; vndè repurgatis, & ſiccioribus *Gal. de placit. Hyppoc. & plat. lib. 3. c. 8. 3. & c.*

 per-

perſpicacioribuſque ſpiritibus regina, ac moderatrix ratio tandem in ſummâ tranquillitate dominatur, ac præclaras functiones ſuas, præſertim quibus à brutis animantibus ſeiungitur, liberrimè exercet.

Semel in die comedere, priſcis etiam temporibus vſitatum, ſpirituíque animali, & contemplationi vtile.

CAPVT VI.

SED nè durior cenſeatur noſtra oratio, quid de numero comeſtionum, medici doceant, expendamus. Fuiſſe vſitatum priſcis temporibus ſemel tantùm in die comedere, cùm ex alijs multis, tùm ex Hyppocrate, & Galeno conſpicuum eſt. *Aphor. 17. lib. 1.* Quamuis autem eam conſuetudinem omnibus communem eſſe noluerint, ac nonnulli tàm raram cibationem tolerare nequeant, ſufficit quod lex præſcribit pleriſque, vt plurimùm, & ſępius conuenire; quodque nec illi eam improbauerint, cùm nulla tàm ſeuera ſanctio ſit, quæ ab omni penitùs excuſatione ſit immunis. Certè Antoninum Imperatorem ex Galeno didicimus vnius diei inediâ depellere ſolitum cruditates ven-

ventriculi, & potu aquæ frigidæ. Ariſtotelem ex Apollonio ſcripſiſſe refert eruditiſſimus Hieronymus Mercurialis, eos qui in die cibis ſemel tantùm veſcuntur, amarulentioribus eſſe moribus, quàm eos qui bis, quoniam aucta in ipſis vtraque bilis animum magnoperè perturbat, eoſque iracundos, & melancholicos facit; & Plinium ex Hyppocrate tradere, non prandentium exta celeriùs ſeneſcere: quo fit vt non omnibus tuto à Medicis τὸ μονοσιτέειν pręcipi credat, & potiùs diſpertiendum in plures vices alimentum, quòd ita facilius concoquatur: quod nemo inficiabitur; ideoque Eccleſia hoc aduertens prudenti occurrit conſilio vt cùm opus eſt indulgeat. Sed tàm in prandio quàm in cænâ eſcis impleri omninò prohibet, nàm & Hyppocrates ἀριστῆτας, hoc eſt, ἄριστον, ſiue prandium ſumentes edaces appellat, tanquàm intemperantes, quandò potius δεῖπνον erat in vſu, quod cænam ſignificat. Sed vt quibuſdam longior, ac durior intermiſſa comeſtio appareat, certè appendicum (quas veſpertinas cænulas noſtri, olim jentacula meridiana, vulgò collationes vocant) ſupplemento minui, ac mitigari manifeſtum eſt. Atqui cum refectionis numerum non aduerſari naturæ, & cogitationi optimè ſeruire omnium ſententia eſt, rationem dilucidè proſequente Actuario libro de animali

Mercur. lib. 2. varia. lect. c. 21.

Plin. lib. 28. c. 5.

Hyppoc. l. de aere. & aquâ.

Actuar. lib. de ani. ſp. nut. c. 10.

ſpiritu, quem Ioſepho Racendytę philoſophicam vitam profeſſo conſcriptum inſcripſit, quo purior ille ſpiritus arte adiutus perduret, tùm de victus ratione, qualem huic adhibere conueniat, corporique vna ſanitatem, ac ſpiritui huiuſmodi animali intelligendi vim ſynceram elargiretur. Quòd ſi, inquit, conſuetudo inualuerit, nec velis bis eidem rei vacare (refectioni videlicet) poſſis conſuetudinem ſeruare quæ facultates naturales in habitum iàm indurauerit, vt citrà detrimentum aliquod ex tanti temporis interuallo opus peragant. Prętereà autem vt non durabilior ſpiritus ſit, certè nitidior euadit, quod de animali ſpiritu interpretandum eſt: nàm aliorum duorum, vitalis ſcilicet, & naturalis (de hoc dubitent qui velint) ratio non amplius chriſtianis curę eſſe debet, quàm quatenus ipſi neglecti, valetudini incommodent. Quod etiam plures vanę ſapientiæ ſtudioſi ſedulò notârunt, qui abſtinentiæ plurimùm confidentes, ciborum exuperantiâ, & craſſitie abdicatâ, eam abſtinentiam ſic ſunt amplexi, ne animalis ſpiritus craſſior effectus ab alijs duobus naturâ, & facultate repugnantibus obnubilaretur, ac ratiocinatrix vis, conſilij præſes, totiuſque œconomię ſuprema moderatrix in ſeruitutem traheretur.

Ianus

Ianus Cornarius, & Leonardus Fucchius producti deinceps refellendi.

CAPVT VII.

QVÒD ſi hominibus à verâ religione alienis ea placuit obſeruantia, quid Chriſtianis? nonne profectò maiore ſolicitudine enitendum vt fideliter, diligenterque pareant, vbi ſimilis vitę modus, idemque ſcopus intelligentię purgandę, pręſertim cùm illis perpetuus ſit, qui Chriſtianis non niſi laxis, & frequentibus interuallis indicitur. Ceterùm cùm inſueta, (vt eſt in aphoriſmis) conſuetis magis afficiant, moleſtioraque deprehendantur, conſultiſſimum à teneris pueros in prædictis abſtinentiæ legibus exerceri, quo adulti facilius perferant. Proinde ſi plerique ſic eſſent educati nequaquam tàm ſancta, tamque ſalubria jeiunia inſectarentur, ac maledictis proſcinderent. Fortè qui crapulam, & ebrietatem poſtridianâ curari inediâ quandoque experti ſunt, nollent præſtantiſſimas jeiunij facultates diffiteri, ſed quòd congruè, & oportunè abſtinentiæ tempora pręſcribantur, *Lib. 2. Aphor. 50.*

& deſignentur fuerit difficilius perſuadere. Sed quid minùs credunt medico hoc commendanti, quàm morbo vel pharmaca, vel chirurgiam adhibenti? Verùm occurrunt hoc ariete, non dubij de victoriâ, inter quos Ianus Cornarius, & Leonardus Fucchius, quorum ille ſuarum inſtitutionum capite de cibo, & potu, valdè noxiam rem, ait, annis aliquot fuiſſe hactenus apud plures populos jeiunij obſeruationem, ac prohibitionem eſus carnium, ouorum, ac lacticiniorum maximè: menſe Martio. Sed quoniam ille in hiſtoriâ ſe nihil verſatum oſtendit, cùm illam nuper natam impiè, impudenter, indoctè effutiat, ad alterum conuertar cuius inſtitutiones magis tritæ, etſi non minus impię, fuſiùs proſequuntur. Magis (inquit) carne quàm piſcibus hoc tempore veſcendum. Cùm enim ver in ſummorum nempe hyemis, & æſtatis, in quorum medio verſatur, mediam temperaturam habeat, mediam etiam victus rationem requirit; non igitur verno tempore vt hyeme, calefacientibus, & exſiccantibus cibis; nec refrigerantibus, & humectantibus vt æſtate vtendum: piſcium verò alimentum eſſe frigidum, & humidum, adeoque veri minùs aptum nulli non cõſtat. Carne igitur magis verno tempore, præſertim vitulorum, & hędi vtendum. In ſummâ cùm verno tempore corpus mediocriter

Ianus Cornar. lib. inſtitut c. de cibo, & potu.

Leon. Fucchius c. 9. l. 2. Inſtit.

ter

ter ſit affectum, atque adeò temperatum, in eo ſanè ſtatu mediocri victu conſeruandum erit. Quare hoc tempore minimè eſt jeiunandum; imò, cùm ventres tùm, vt Hyppocrates atteſtatur, naturâ calidiſſimi ſint, ſomniq́ue longiſſimi plurima alimenta ſunt exhibenda: ſi enim calorem habent innatum multum, igitur pluribus etiam alimentis egent: paulò poſt. æſtate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè, ſecundo loco vere: quare contra veterum Medicorum præſcriptum faciunt, qui verno tempore humana corpora jeiunijs, & immodico piſcium, & leguminum vſu temerè affligunt, neque enim citra inſigne bonæ valetudinis, atque adeò vitæ diſpendium obſequi licet, quòd vix vllo alio tempore perinde atque verno (quod tamen Hyppocratis etiam teſtimonio, Aphor. 9. l. 3., ſaluberrimum eſt, & minimè exitialibus morbis obnoxium) febres magis per omnes regiones graſſatæ fuerint. Hæc ille. Quorum inſcitiam ex Sardanapali ſcholâ profectam intelliget, qui ſingulas farraginis obiectę, maleq́ue connexę partes ſeorſim exemtas expenderit, videbit quoque ne Hyppocratis quidem mentem aſſecutos, qui cutis curandæ ſtudio addicti Eccleſiaſticis legibus inſultant. *Aphor. 18. lib. 1.*

Ver jeiunio aptiſſimum.

CAPVT VIII.

CONSTAT autem verno tempore jeiunium celebrari à verè Chriſtianis quadraginta dierum, quod in ſalubrium cauſarum claſſem retulimus, quia ſuperantes humores tollit, euacuat, conſumitque. Quod ſi interim quibuſdam aliquandò incommodum, vel etiam noxium fuiſſe deprehenſum ſit, debuit hoc inconſultæ, ac malæ vſurpationi imputari: nemo immodicum vſum piſcium præſcripſit cùm temperantiæ ratio ſumma etiam in jeiunio habenda ſit: febres, ſi contigerint quandoque, cauſam habent ab inediâ nimiam cum victus mutatione ſatietatem, aut aëris martialis aſperitatem, & inconſtantiam, tametſi ver ex ſe & maximâ, præcipuâque ſui parte ſalubritate præſtet. Rectus verò, & congruus vſus inſtrumenti ſalubris actionis, quale hoc eſt, non tantum in quantitate, qualitate, ac modo conſiſtit, verùm etiam temporis oportunitatem, quam εὐκαιρίαν dicunt, requirit; quæ tanti in omni ſanitatis negotio eſt momenti, vt qui eam non

eſt

eſt conſecutus, nihil vnquàm poſſit feliciter expedire. Quare & in jeiunio eam perquiramus, ne Ianis, & Fucchijs deeſſe videatur. Cùm itaque euacuationes quaſcunque ſiue per ſanguinis detractionem, ſiue per medicamenta facere conueniat, aphoriſmorum autor docet *Lib. 6. aphor. 47.* verno tempore inſtituendas eſſe: proinde jeiunia cùm & ipſa inſigniter euacuare ſoleant vere item optimè inſtituuntur. Nàm euacuationibus Galenus eo tempore factis, morbos impendentes intercipit, aſſeritque ſe eo modo quàm plurimos, tùm à plenitudinis incommodo, tùm à ſuccorum prauitate, Græcis κακοχυμία dictâ, ſeruâſſe, ac podagram, morbum articularem incipientem, & nondum τόφους circa articulos facientem, ſanguinis præterea ſpuitionem, morbum comitialem, & alios pleroſque graues morbos tempeſtiuo eodem ſtudio, ac vigilantiâ tùm prohibuiſſe, tùm extirpauiſſe. Sed vt ex ijs præclara illa remedia, miſſionem ſcilicet ſanguinis, & purgationem meritò commendans, longè tamen præſtantiorem inediam fateberis, quæ præterquàm quòd pariter vt illa humores minuat, atque euacuet, certè etiam eoſdem attenuat, & euacuationi præparat, adaptatque. Ad quæ accedit, quòd naturam illa non atterat ſicut pharmacum,

& phlebotomia, ſed lentè, æqualiter, ſuauiter, & abſque conturbatione, agitationeque operetur, vt vel eo nomine, medici inediæ primas tribuant, nec prius fere aut ad medicamenta, aut manus ſubſidia confluant, quàm periculum ſumtum ſit an abſtinentia ſatis valeat: nimirùm diatritarij (quos appellat Galenus) triduanam à cibis in curandis morbis enducticam ſtatuebant, quam qui perferebant, iudicabant de ſanitate ſecuros, vel ſuppoſitâ maiore ſecuritate acerbiora, minuſque tuta præſidia efflagitare.

Lib. Method. cap.

Inedia Verno tempore ſalubriter indicta etiam Fucchio aſſertore.

Capvt IX.

SEd hoc animaduerſione dignum, quòd ſanis, non ſolùm ijs qui mox ægri futuri ſint, jeiunium ſalubre, ac ſecurum præſidium habeatur, verùm ijs item, quos ſanos corpore Hyppocrates nominat, nullâ adhuc in ipſis ægritudinis apparente notâ, dùm pharmaca dari prohibet inedia vtiliſſima eſt, & pene neceſſaria, & quidem verno tempore, quo ab Eccleſiâ indicitur. Cùm enim ver hiemem protinùs ſubſequatur, ſintque proptereà corpora preter modum humecta ad cibos tunc

Lib. 6. aphor. 47. lib. 7. aphor. 53.

tunc copioſiores, ſomnos longiores, diuturnius otium, ac propriam hyemis frigidam, humidamque conſtitutionem: ac quòd ver ipſum quoque humiditatem augeat, manifeſtum eſt humiditati tempeſtiuè obſiſtendum, priuſquàm ægritudines producat, eo grauiore periculo, quo creſcente calore putredinis magis magiſque excreſcit occaſio. Iam verò olim ab Hippocrate annotatum eſt, *Lib. 7. aphor. 59.* quòd corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conueniat: fames enim corpora ſiccat; cuius vim, & potentiam alibi commendauit, vt paulò antè retulimus. Quæ omnia Fuc- *Lib. 1. ſect. 5. c. 37.* chium latuiſſe credibile non eſt, cùm ita ſcripſerit capite de inediâ, cuius laudes non infimas cenſet, quamuis inter ea quæ euacuant decimum, ac vltimum reliquerit locum. Inter ea (inquit) quę corpus noſtrum tàm ſanum quàm ægrum faciant, inedia à veteribus recenſetur. Et paulò poſt: inedia duplex exiſtit, vna in quâ nihil prorſus cibi, aut potionis aſſumitur, quam priuatim certioris diſcriminis gratiâ græci ἀσιτίαν, latini inediam, indigentiamque vocant: altera quandò non niſi quod conuenit, & ad virtutis conſeruationem ſatis eſt, ingeritur; quam propriè abſtinentiam dixeris: vt in vniuerſum inedia non ſit niſi ex cibi, potuſque defectu eſuritio, aut ſponte, ſuoque arbitratu ſuſcepta abſtinentia. Hippo-

crates vno nomine vtramque λιμὸν, hoc eſt, famem appellauit: eſt autem vtriuſque non contemnenda vtilitas, nihil enim eſt quod tùm ſanos, tùm ægros magis iuuet quàm tempeſtiua incdia, & abſtinentia. Sani namque non facilè morbos incurrunt, ſi abſtinentiâ commodè vtantur. Deindè, vt tempeſtiua abſtinentia ſummas in ſecundâ valetudine partes ſibi vendicat, ita quoque in aduerſâ plurimũ momenti obtinet, ſanat enim plenitudinẽ, nimium obeſos, pituitoſos, vitiaque ex pituitâ nata, apoplexiam, epilepſiam, commata, vertigines, cruditates, & id genus alia multa Sic Fucchius, cuius verba prolixiùs ſum proſecutus, vt & in vocibus jeiunio, abſtinentiâ, incdiâ, fame, & in rei ſignificatæ vi, facultateque videatur conuenire, vt nequeat ſi velit reſilire.

Euacuationes Vere à præſtantiſſimis Medicis præſcribuntur: martius menſis pleriſque formidabilis.

Capvt x.

6. Epidc. ſect.4. aphor. 20.

Videtvr tamen ad Temperantiam Fucchius confugere occaſione illius ſententiæ ex Epidemijs. Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis: adducens & Plinij autoritatem, qui dicit longè vtiliſſimam eſſe ad ſanitatis

tis conſeruationem in cibis temperantiam, quam infirmiorem ad hoc munus euacuationis in præcedentibus eſt monſtratum. Quare his omiſſis quadrageſimali abſtinentiæ, quam perſequimur dictas competere facultates, ex ipſo Hippocrate oraculi loco accipiamus. Semel (inquit) in die cibum capere attenuat, & ſiccat, ac aluum ſiſtit; propterea ſcilicet, quòd per animæ caliditatem humiditas ex ventre, & carne conſumitur; quatenùs ſcilicet, id quod à calore innato extenuatum, & in vapores conuerſum eſt, non ſuppletur nouo alimento, facilior euacuatio ſuccedit, preſertim verno tempore, quandò ambientis calor accedit, interni illius operationem ipſe quoque tanquàm iunctis viribus diſcutiendo promouens. Porrò Galenus euacuationem veris initio quandò craſſi humores, ac crudi exorbitant accommodiſſimam ſtatuit, quos diximus per ieiunium plurimis nominibus feliciter ſuperari. Quod autem idem autor alio loco profert, magis etiàm comprobat jeiunij oportunitatem. Vere medio (inquit) ſanos paucis, & ex longo interuallo nutrire congruit. Hoc præceptum non poteſt exactiùs quàm Chriſtianè, ſemel in die moderatè comedendo, ſeruari. De veris autem initio, & medio nihil attinet controuertere: nàm ſex

Lib. 2. de diætâ.

Commẽt. in 17. aphor. lib. 1.

hebdomadæ jeiunio ſacratæ, ita fere extenduntur: atque ita verno tempore viuendum hæc Galeni ratio oſtendit, quòd tùm periculum ſit à plethoricâ affectione propter humorum qui hyberno tempore concreuerant fuſionem: vernus namque calor in ijs, qui probi ſucci ſunt, humorum copiam auget, prauos autem in ceteris ex profundo in ſuperficiem rapit, & expurgat. Vndè & morbi pullulant partim plenitudini, partim vitio conformes, cuiuſmodi ſunt furores, anginæ, puſtulę, tubercula & id genus ſimiles. Sed ipſa natura quoque hoc tempore annuum quodammodò cenſum in corpore recognoſcens plurimùm occupatur, grauiter interpellationem ferens, potiſſimum ex ciborum tùm frequentiâ, tùm copiâ, & à ſuis operibus, quibus vacare ſinenda eſt, auerſione. Vulgus id etiam intelligit quandò à Martio menſe quiſque ſibi plurimùm metuat, præſertim ſi in ſe mali fomitem perſentiſcat, aut ſuſpicetur.

Aphor. 20. l. 3.

Hippo-

Hippocrates explicatus. Syphillide laborantibus quadragenaria diæta vtilis.

CAPVT XI.

NEQVE me fugit profectò vere, & hyeme ventres naturâ calidiſſimos, copioſius alimentum requirere. Verùm ea Senis ſententia, vt Galenus ſuggerit, commodè exponi debet, quod ver tres partes habeat, vtpote principium, medium, & finem. De primâ quidem parte, id aliquò vſque verum eſt, quòd hyemi proxima ſit, de reliquis non ita. Quin etſi ſimpliciter iuxta nutricatus ὑπόθεσιν à tempore deſumtam, ita ſe habeat ver vt liberalius corpori indulgeat, ipſa tamen pro eo tempore corporum conſtitutio multo diuerſam exigit educationem. Cùm enim iàm tùm ex hyeme impuros humores accumulauerint, alio præcepto conſtringuntur: non pura ſiquidem corpora quanto plus nutrias, tanto magis lædas, quòd à vitioſis humoribus, præcipuè ventriculum, regionemque primam obſidentibus, nutrimenta corrumpantur, ac porrò reliquum quoque corpus inficiatur. Indicio ſunt pſoræ, ſcabies, ſimileſque cutis fœditates, quibus euitandis inedia præſidio èſt. Sed & hyems multam pituitam

Lib. 1. Aphor. 15

Lib. 2. aphor. 10.

Hyppoc. lib. 3. aphor. 20. Galen. lib. de rat. vict. in morb. acut. comm. 4. part. 44.

ſuppeditat; quę cùm ſit crudus humor, poſtulat, Galeno teſte, non expurgari, ſed in ſanguinem à calore conuerti natiuo; proindè non debet tunc per alimenta turbari: pręſtat tamen anteà alui colluuiem, præſertim ſtomachum ad faſtidium, nauſeamq́ue incitantem, leuioribus pharmacis depurgare, vt calor minori negotio, ac ſecuriùs, humiditatem ſuperfluam in venis, & carnibus, corporiſq́ue habitu conficiat. Etenim calor is eſt, cui effecta hæc ſalutaria ſub nomine inedię tribuuntur. Nàm ipſa carentia eſt, & alimenti priuatio ob quam liberior ille ſuo iure ſuam fabricam ad minimas vſque latebras rimatur, & expendit, inſtarq́ue patriſfamilias optimè de ſuo fundo diſponit ipſe ſolus, cùm in ceteris euacuationibus abundè iuuetur, quod non parùm inediam commendat. Patet in pueris, qui dùm per morbum vix quicquam eduliorum admittunt, mirùm quantum excreſcant! calor namque ſimilarium partium ſubſtantiam diducit, tendit, extendit, maximè non habens à quo diſtrahatur. Qui ergò ſtomacho ſunt fortiore, non aliâ indigent præparatione, quàm in cibo, & potu temperantiâ. Liquet etiàm jeiunij efficacia in diætâ, quam vocant, adhiberi ſolitâ, dùm ligno indico, ſiue ſancto, curatio inſtituitur, etiàm ad quadraginta ſubindè dies. Nàm

quam-

quamuis illa plurimùm ſiccet, abſumatque, cò minùs prodeſt, quò negligentior eſt abſtinentia; vt proindè ritè ſuis rebus conſuluerint Syphilide laborantes, ſi ſacram quadrageſimam lubenter ſuſcipiant. *Hieron. Fraca Syphil. lib. 3.*

Quid mirandum æquè memorem ſuper omnia victum
Quàm tenuem? quàm magna ſibi jeiunia poſcant?
Quippè ſolet ſatis eſſe ipſum dùm corpus alatur,
Dùm ſuperet vita, & tantum ne membra fatiſcant.

Salis vicem ſubit jeiunium, quo niſi carnes condiantur faciliimè putreſcunt. Hoc igitur condiendi maximè putredini obnoxij, & humidi.

Ieiunia Eccleſiaſtica quaſi conſultis Medicinæ proceribus indicta. Quatuor temporum vtilitas. Caluini impudens peruicacia.

CAPVT XII.

SVNT quibus non adeò diſpliceat abſtinentiam commendari, ſed ex aliorum arbitrio, atque decreto imperari, non ferunt. Quærerem ab illis amaranè, & ingrata pharmaca proprio

iudicio an Medici preſcripto ſumenda arbitrentur? ſintque probaturi eos potius qui temerè, quàm qui conſilio faciant? arrogantiæ hoc argumentum eſt, non ſtudioſi ſanitatis, diſcendum ab ijs qui verè ſciunt; cuique etiam in ſuâ (quod aiunt) arte credendum. Quòd ſi in pharmacis, longè magis in jeiunio quadrageſimę, quòd illa momento deglutita breuiſſimo tempore ſcopum conſequantur non ſine periculo detrimenti, cùm hoc diutius operetur, & impunè. Certè jeiuniorum Eccleſiaſticorum leges ita conueniunt vt ſi ſyncerè expendas, nihil contineant quod medicis rationibus non confirmetur: haud ſecus ac ſi Hippocrates, & Galenus, Auicenna, Paúlus, Celſus cum Apoſtolis, Gregorio, Hieronymo, vtroque Clemente, Calixto, Teleſphoro, Leone, Baſilio, omnibus concilijs ipſo decretorum tempore ſuffragia rogati, interfuiſſent, & conſenſiſſent; præſertim cùm vtrique homini exactiſſimè ſubſeruiant; vt planè ineptiat Caluinus, qui nō veretur (quòd cum Philippo, & Brentio ad carnis petulantiam comprimendam, & ad orationis facultatem, fructumque maiorem vtile docuit) dicere ex κακοζηλίᾳ excogitatum. Ceterùm extra quadrageſimam ſæpius ieiunia repetere ad ſanitatem optimum, vtiliſſimumque pręceptum experientia multos edocuit. Nàm catapotia,

Confeſſ. Auguſt. Caluin. lib 4. Inſtit. cap. 12. & ſeq. ſſ 20.

potia, ſiue pillulæ, aut aliæ familiares medicamentorum formulę ſanos atterunt; fædi colores, languores, & id genus ſimilia arguunt ſecuriùs frequenter ieiunari. Neque verò temerè id in certa tempora imperatur: Eccleſia quippe ſolicitas matresfamilias imitatur, quæ ſtatos dies præfigere ſolent, quibus antidotorum, aut puluerum frequenti vſu liberos à verminoſâ putredine præſeruant. Ita enim faciliùs obliuio euitatur, quæ alioqui facillimè incidit. Parem maiores noſtros curam habuiſſe in quatuor tẽporum inſtitutione (quorum mutationes Medicorum ſententiæ ferunt morbos parere) manifeſtum eſt; Martio quidem menſe, & Decembri, propter hyemis humiditatem; ęſtiuum circa ſolſtitium ſatietatis ergò ex mutato poſt quadrageſimam victu; Autumno, vt putredo, quam horarij fructus, cerasa, pruna, ficus producunt, contagioniſque, ac peſtis prompta tunc occaſio, arceatur. Non ergò ſine prudenti conſilio, ne negligentiâ tàm vtilis ad ſanitatem cautio prętermitteretur, admonemur, aut piè ſalubriterque cogimur, vt nequeamus ſine impietatis, & ingratitudinis notâ præterire. *Aphor. 1. l. 3.*

Ieiunium corporis impudicis motionibus contrarium.

CAPVT XIII.

Caſſ. collat.22. cap.3.

ANſam non jeiunandi venantur nonnulli ex pollutionis nocturnæ moleſtiâ: meminit Caſſianus heremitas frequentiùs expertos, etiam afflicto, exhauſtoque corpore, & quidem diſtrictioris abſtinentiæ tempore; & leuiùs, ac rariùs ieiunantes remiſſiùs illâ moleſtiâ impetebantur: non id tamen præſenti imputandum inediæ, ſed præcedenti ingluuiei, & comeſſationi, quę redundantiam obſceni humoris extrudit, qui concretus fuerat in medullis: facilè etiam indè pruritus, cùm in ſuis latebris turgens humor naturam incitat ad expulſionem. Pruritus etiam maior accidit ab epulis lautioribus, quæ incentiuis acrioribus ſale, & pipere, ſimilibuſque condiuntur. Irâ quoque, aut furore eiuſmodi accidit infeſtatio. Illecebroſis item cogitationibus, cùm ad libidinis prouocationem duo maximè requirantur, materia videlicet quæ genitalia foueat, & appetitus qui inci-

tet,

tet, & impellat: non poteſt profectò noſtro jeiunio, modò legitimè obſeruetur, id incommodi imputari. Etenim materia illa, quæ benigni alimenti eſt ſuperfluitas, ex eâ frugalitate non poteſt abundare; appetitus verò deficere cogitur, quòd ſpiritus, in quibus vis, naturæque ad omnem motum robur pónitur, rariores effecti languorem, & flacciditatem inducant: ſine Cerere, & Baccho friget venus, fomiteque ſublato tollitur flamma. Quin etſi diuturniore inediâ corpus nonnihil inardeſcat, tamen quòd ad impurum motum tùm humores, tùm ſpiritus requirantur, ad eum profectò minimùm incitatur; niſi hecticam febrim, quòd continuam ſolidarum partium efferueſcentiam inuehat, maiorem quàm in ſanis (quòd nemo rectè dixerit) inducere tentiginem ſtatuamus. Iàm verò appetitus, animæ quidam ad agendum impetus, vt habet Marcus Tullius, *Lib. 1. offic.* pro ſpecierum incidentium occurſu variè diſtrahitur, velut cum electione voluntatem mouens; citra illam, cum vitæ negotijs furorem, aut iram, vel cum corporis voluptatibus concupiſcentiam, ac turpitudinem excitans; quę cùm ſint contraria, ac locis, ſpiritibuſque ſeiuncta, fieri non poteſt vt ſimul reſpondeant. Quare cùm ieiunij inſtitutum poſcat vt mens ſurſùm

feratur, ac pijs meditationibus intendat, impudicis ſtimulis occaſio non prębetur, reuulſis nimirùm in ſuperiora cum ſanguinę ſpiritibus, & mente contrarijs cogitationibus occupatâ. Sed eam quoque mentem Eccleſiæ pręcipientis intelligo, vt per quadrageſimam Dominicę paſſionis potiſſimùm myſteria aſſiduè cötemplemur, delicta execremur, perſequamur virtutes; ſuppeditant argumentum frequentiſſimę tùm conciones, aliaque exercitia; quę ſi ſaperent, animoque inſiderent, euitatis ſedulò quibuſlibet malis occaſionibus præclariùs afficerent. Idcircò qui jejunijs carnis vexationes augeri contendunt, certè quid ſit jeiunare nunquàm videntur didiciſſe. Quam enim experientiam tùm de ſe, tùm de alijs proferunt, non tàm ex jeiunio, quàm animi prauitate proficiſcitur; cumque mens impudicas imagines altius imbiberit, nihil à jeiunio, prauâ conſuetudine impediti, percipiunt: vndè ſi qui ſtimuli ieiunantibus ſuperueniunt, ex imaginatione violenter exſurgunt; non ſecùs ac in effætis, ſenibus, eunuchis, impotentibus, frigidis, ac maleficiatis vſu cernimus euenire.

Graue quidem fateor, ac moleſtum, multaque ſubinde tolerantiâ opus eſt, quemadmodùm in omni bonâ medicatione; quia

Dulcia non meruit qui non guſtauit amara,

quid

quid dulcius, deſideratumq́ue magis ſanitate? hanc jeiunium non ſolùm corpori, verùm etiam animo promittit. Magnus proindè Leo rectè dixerit producere *Card. de var. rer. l. 14.*

Caſtas cogitationes,
Rationabiles voluntates,
Et ſalubria conſilia.

Cui Actuarius inſignis Medicus, ſed prophanus, adijcit; homo ſuprà ſe rapietur, & ad deum iterùm conuertetur. Socratem cùm corpus à cibis ſobrium, & animum à ſceleribus, & perturbationibus mundum habuerit, diuinare potuiſſe legimus.

Piſces, ceteraq́ue jeiunijs vſitata edulia aptiſſima, non carnes.

CAPVT XIIII.

IMPLACABILES ſe exhibent cremomargi, ollis credo ægiptijs aſſueti, dùm carnes, oua, ac lacticinia quadrageſimâ, alijſq́ue alibi diebus excludi queruntur, nec aliud quàm legumina, piſces, aliaq́ue quæ in victu ſanorum, ipſi pro inſalubribus dicunt haberi, præſertim eo tempore quo humores corporis refloreſcunt, ac velut mutato exuuio renouantur, potius iudicant carnibus

atque alijs præſtantioris ſucci alimentis naturam tunc fouendam eſſe, potiſſimùm quòd ex eius temporis moderatione tanquàm baſi quadam, valetudinis rudimenta concipiantur, futuręque diſpoſitionis felicitas dependeat: adeò vt ſuccorum primordijs vitiatis, iàm certam languorum, ac calamitatum poſitam clamitent occaſionem, vt paulò ante ex Leon: Fucchio, eiuſque commilitone Iano minimè bifronte, quòd extra buccas nihil intelligat, retulimus; quos Hippocratem conſuluiſſe coueniebat libro de veteri medicinâ, eos reprehendentem qui ſimpliciter caſeum eſſe malum edulium pronunciant; cùm non omnes homines lædat, imò mirabiliter gracilibus conferat; differunt enim horum naturæ, differuntque etiam iuxtà hoc quod eſt in corpore caſeo contrarium. Ad hæc tempus, modus, quęque præterea corpori tùm inſunt, tùm accidunt conferenda, & componenda ſunt; ſępe enim contingit, vt quæ alioqui ſint mala, certâ tamen occaſione commoda deprehendantur; vt rectè libro de præceptionibus vetuit, ne quis quod vnum ſolùm profuturum ſit aſſeueret: ſed prudentis eſt probam comparationem prius facere, quàm de aliquo quod vel bonum, vel malum ſit ſententiam ferat, quo modo in muſicâ ſonos probare, vel im-

Lib. de præcept. Hippoc.

improbare non decet niſi mutuâ acutorum cum grauibus, minimorum cum maximis, extremorum cum medijs, collatione: quorum concentus ſi conſideretur, non parùm inſtruet in eo ſtudio quod competit tuendæ ſanitati: vt enim ille ex contrarijs conficitur, ita & natura ex contrarijs conſtituta contrariorum quoque commoderatione debet conſeruari, quod tùm euidentius cernitur, quandò natura ſuo modo excidit, vel plurimùm declinauit. Quamobrem non tàm quid vel piſces, aut legumina, ſeu etiam inedia præſtet, ſed quam ſimul concurrentia corpori conſtitutionem pariant, potiùs eſt aduertendum. Ieiunia itaque quatenùs alimenta ſubtrahunt, facilè calidiorem, ſicciorémque intemperiem induxerint, ideóque non carnes quæ ſanguinis caliditatem augent, ſed piſces frigidi, & humidi rectiùs obijciuntur. Carnium quoque ſubſtantia celerius conuertitur, ac diſſipatur, piſces lento, viſcoſóque ſucco præditi, diutiùs, atque conſtantiùs calorem natiuum fouent, pabulúmque durabilius, quod longa poſcit abſtinentia, ſubminiſtrant: quod in hecticâ laborantibus Medici, ob calidiorem illorum diſpoſitionem perpetuò imitantur, cùm cancros, aſtacos, teſtitudines, ranarúmque coxas edendas proponunt.

At ſanis intereà, quibus calor validior eſt, delicatiores, mollioreſque piſculi velut gobiones, ob fluxam ſubſtantiam, jeiuniorum diebus parciùs ſumendi ſunt, ac ſolidioribus edulijs, ſiue piſculentis, ſiue aliùs generis, quæ non tàm promptè conficiantur familiariter vti ſatius eſt, adſtipulante Aëtio: ſecurior (inquit) diæta eſt, & victus attenuatorius ad ſanitatis conſeruationem præ craſſefaciente. Verùm cùm modicè alat, firmitatem non addit corporibus, neque robur. Oportet igitur aliquandò etiam multum nutrientia moderatè aſſumere, vbi firmitatem acquirere voles, Hæc ille. Nec deſunt eius generis multa ex leguminibus, fabarum ſpiſſiora collata, orizata, amigdalata; ex farinis panici, frumentiue confecta liba: ex piſcibus halecces, ſardæ, aranei, lampetrę, ſcombri, acus, minùs corruptibiles aſelli, aloſæ, ſturiones, (quos accipenſeres *diximus*) ſalmones, anguillæ; ſed parciùs, carpiones, ſoleæ raiæ: quibus ſecundo loco paſſeres, pectines, rhombi, lucij, & id genus alia ſuccedant, quæ vel durioris, firmioris, aut ſolidioris ſubſtantię, aut lentioris ſunt: ſinapi, piper, gingiber, quibuſdam oleum, & acetum, pręter ea quæ diximus pro condimento ſeruiunt, nonnulli radicem maioris raphani cum amigdalis, micâ panis, & aceto tundendo ſubigunt in illum vſum, quę vt parciore

Tit. ſerm. 1. c. 239.

Aegineta lib. 1. c. 73

manu

manu ſumenda ſunt, ſic non omnibus conducunt. Cætera prætereo; quòd magnæ inuentiones per regiones et familias uarient; quoniam et Allia, et Cepę quibuſdam placent, alibi aromata in eum ſcopum conſumuntur. Itaque per quadrageſimam ſalubriter quam plurima recepta ſunt, quæ et uictum uel corrigunt, uel gratiorem reddunt, ſicut ea, quę modo recenſuimus, & nutrientibus incommodis, aſtrictioni ſcilicet, uel obſtrictioni in promptu remedio ſunt. Menſæ initio, oleo, paſſulis, ficubus

Veſcere lactucis, et mollibus utere maluis. Martial.

item lupulis, et aſparagis, ſpinachijs: deinde amigdalis aromatibus, croco ad corrigendum: biſcoctus autem cydoniata, et cætera. quæ bellariorum loco proponuntur ut plurimum ſiccandi adſtringendiq; facultate pollet inter quę familiariter numerantur nuces, ut uulgato uerſiculo fertur. Aëtius lib. 4. tetra. cap. 30.

Poſt piſces nux ſit poſt carnes caſeus adſit.

Hominis finis Dei cognitio, et sui: ad hanc per ieiunium tenditur: anima ſicco gaudet.

CAPVT XV.

CETERVM nè prolixior ſim in re tam clara, tot tantiſque auctoritatibus firmata, uſu denique longo, et experientia ſtabiſita, breuiter adyciam, quod ueluti basis sit, et fundamentum totius argumenti præsentis commentationis, in qua sicut in omni re de qua diſputatio suscipitur, certus præfigitur scopus, ad quē perueniri non poteſt, niſi per media consentanea, quę quo fuerint propria magis, eo et breuior, & facilior ad eum aditus patefiet. Eſt autem Chriſtianæ dignitatis scopus, non hic in terris sordescere, sed animi ſplendorem illuſtrare, ut Deum cognoscat à quo conditus eſt, et in hunc μικρόκοσμον miſſus, donec iubeatur uenire ubi delitijs nunquam intermorituris affluat, felicißimaque societate fruatur. Sed quia in hoc ſtudio arenoso multo puluere sępe conſpergitur, et fœditatem contrahit, purificatione indiget contemplatione uidelicet sui; quod ille Sapiens probè uiderat, cuius Symbolum γνῶθι σεαυτόν. Quod ut consequerentur Pythagoræi in solitudinem seceſſerunt, Diogenes rebus omnibus abdicatis, dolio se conclu-

conclusit, Plato Academiam, Cicero Tusculum, Anachoretę eremum. Monaſteria religioſi uiri, alij aliud delegerunt, nimirum ut uel turbam euitarent, uel corpori commoditates subtraherent, quo certius animo pareret, minusque calcitraret; aliter enim homo educandus est, aliter porcus; hic enim saginatur ut uiuat, et iterum uiuat, nunquàm deinceps moriturus. Quoniam uerò non omnibus ad summa datur contendere, nec cuiuis homini contigit adire Corinthum, sintque mortalium diuersæ sortes, præsunt uni, subsunt alteri; quidam sacra tractant, alij profana, et ex his nobiles, alij è uulgò, in quo et uiles, et ciuiles, omnes tamen ad sublimia uocati, dum suas quiſque functiones obit, fieri non potest ut una sit omnibus animi curandi ratio, cum profeſſionis diuersitas nec media, nec opportunitatem semper suppeditet. Prudentia incredibili ijs terminis conclusa eſt, quæ ad salutem methodus, qui infirmis iuxta ac summis et faciles sunt, et neceſſarij, adeoque obſtringunt omnes, ut qui uelint ad perfectiora contendere, consilio uti liberum relinquatur. Olim Sacerdotes et Leuitæ in templis, populus autem in opere per ferias uersabatur, à quo Sabbatho abſtinebant, ut ne cibum quidem coqueret, sed diuinis rebus uacaret. Chriſtiani pro Sabbatho, Dominicum habent, tanquam hebdomadarium Pascha, et diê

quietis, eiuſque gratia ſextæ feriæ, et Sabbathi abſtinentiam. Feſta quædam pro encenijs. Schenophegijſque cum uigilijs (ut uocant) in ieiunio, & abſtinentia, et ſicut olim biduo ante Dominicam fieri ſolet, ſic Paſcha demum habet quadrageſimam, quę cibo priuat, et interdictis. Nec temerè profectò, quod aliter mens nec excitari, nec perdurare poſset. Vt homo igitur aliquando ſe hominem eſſe oſtendat ſapientiæ ſtudio aliquantò accuratius incumbere debet, ijs potiſsimum temporibus, quibus ad diuini numinis Maieſtatem propius accedit, ad quod præſtantiorem regulam nullam inueniet, quam eam quę corpus, et maximè caput ad ſapientiam accommodet. quam in ſicco cum plurimis philoſophis conſtituit Hippocrates, ſicco inquam ſuperfluæ, alienæque humiditatis experte, quod nihil aliud eſt, quam temperamentum, in quo ſapientiſsimam, et memoria ualentiſsimam animam ponit, præſertim ſi ſynceriſsimum ignis, (ut ipſe loquitur) aquam ſuperet; cum contra ſi ab hac nonnihil ſuperatur, Sapientia deficiat; nam uulgo dici ſolet tantum cuique ſtultitiæ ineſse, quantum humiditatis; exemplo ſunt uiridia ligna quæ ob aquæ copiam non reddunt flammam perlucentem, et claram. Porrò per calorem anima ſicut ſuæ fabricæ eſt opifex, ita eandem non ſolum conſeruat, uerum etiam exornat, et polit, adeo ut temperamenta ipſa per ſe corrigat

Lib. 1. de dieta.

si sunt inepta, ut ex Ætatibus patet. Pueri enim cum sint admodum humidi paullatim siccantur, ut cum adoleuerint sapiant, Senes rursum collecto humore, è contrà desipiant. Clarum idem est in ijs, qui pani, et aquæ adiudicantur ob proteruiam, et luxum; nam ex illis plerique non rarò ad mentem redeunt, sicut etiam multa præclara ingenia otio, comeſſationibus, ebrietate prorsus oppreſſa perierunt. Atque hoc eſt, quod dixit Hippocrates, diæta animam hominis uel flaccescere, uel uigere; nimirùm artifici imputatur, si ob inſtrumenti ineptiam, opus minus sit accuratum, liquet maximè in arte pictoria ex penicillo, scriptoria, calamo; neque enim quis rectè uel pinxerit, uel scripserit, nisi optimè concinnatis. Eam curam solent homines impendere animæ organis inferioribus, quæ ad uitam tantum hepati sanguinis officinæ, et procreationis fomiti præſtantiſsima offerendo alimenta, et homerica, quę intimà ui illud tum roborent, tum excitent. alijſque rebus, quæ facilè, et plurimum nutriant chymum augeant, Spiritusque multiplicent ad concupiscentiæ, et libidinis, quæ suo muneri credita sunt, commendationem. Ad cordis uerò uim irascibilem, aromata, Vinum, et calorifica colliguntur. ex quibus uitalium spirituum flamma augeatur, et inardescat. Nam

Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad

arma
Proſilijt.
Et inde furor etiam qui arma miniſtrat.

Anima cogitando deambulat per cerebrum.

CAPVT. XVI.

CEREBRVM, quod animæ Arx eſt, et Sacrarium, longe aliam solicitudinem requirit, quod menti seruiat, eò præſtantius omnibus organis, quo diuinioribus nominibus eſt consecratum, in quo homo ea tractat, quæ cum caleſtibus illi communia; cætera uero etiam bruta ratione deſtituta, et plantæ obtinent; functiones autem cerebri ut principes sunt, ita peculiarem quoque rationem, ac modum sortiuntur, Spiritusque poſtulant ea subtilitate, et ſplendore, ut cum sint ſubſtantiæ, eos Galenus uoluerit luci solari comparare, ut eiusdē agilitatem, et impetum redderet notiorem, quę nō

solum

ſolum in voluntarijs actionibus ſua promptitudine neceſſaria eſt, ſed multo magis in cogitatione, de qua Auctor ἐπιδημιῶν ſic enunciat, ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποις; ut rectè dictum ſit à Seneca: Non poteſt grande aliquid, et ſupra cæteros loqui, niſi mota mens. Quis enim non animaduertit dum anima præterita preſentibus cōfert, componit, diuidit, ſpeculatur, expendit, nōomnia hæc motu facere tam expedite, ut nihil magis: nam dum hæret, aut longius abijt frontis perfricatione, aure uulſa, aut capite ſcalpto conſtat excitari, et reuocari, non ſecus ac ſi nola admonita euigilaret. Videas etiam in ſummo ac interiore loco duas inſignes ſpecus, qua parte cerebrum mollius eſt, fingendis imaginibus, ſuſcipiendiſque ideis deſtinatas, in poſteriore minorem unam, ſed ſatis cauam ob loci firmiorem conſtitutionem, memoriæ archiuis deputatam, in medio anguſtior hinc inde tranſitum præbet, in qua facile turbatio accidit, ſi quando imprudentius neglecto ordine mens præcipitet, tanta nonnunquam iactura, ut reparari non poſsit, et cerebrum reddatur inutile diſcurſui, non ſecus ac domus, cuius concidit tabulatum; ſed hoc potius eſt, ut intus puræ ſint, et niteant ne obfuſcentur ſpecies, impediatur diſcurſus, et tranſeuntium reuocatio. Nam et in do-

Aphor. 11. comment. in 6. ἐπιδημ.

De tranquil. vitæ lib. 1.

mo deambulationem impedimenta ſiſtunt, fumus obtundit, et reditus obturatione prohibetur, quæ omnia cum in cerebro anima ultro, citroq; uelut commeando imitetur, danda eſt opera, ut ubi libere eam agere uolumus, obſtacula quæuis diligenter ſubmoueamus. Quod cum ieiunio Ecclesiaſtico congruentiſsimè præſtari iam ſit demonſtratum, ſupereſt quomodo uictu quadrageſimali in actione conſeruetur, ac perſeueret explicemus.

Piſces meditantibus, pariter ac ieiunantibus utiliores: prudenter animo uacandum ne menti obrepat turbatio.

CAPVT. XVII

SPIRITVS igitur ille, qui tenuitate quidlibet uincit, ex chymicis ſubſtantijs, quæ quintæ eſſentiæ appellantur, noſcitur; Siquidem ut hæ multiplici circulatione exquiſitiſſimè, et ex fece ſæpius educuntur, ſic ille ex ſanguine, uilioreq; materia, quæ ipſi tanquam fex ſit per uarios, et uelut reticulares anfractus foris, et intus mirabiliter elaboratur, ut rariſſimus fiat, ideoque

 indi-

indiget cuſtodiâ nè euaneſcat. Iàm verò quod ars naturam imitando vitreis galeis, quibus liquores educuntur ſtillaticij, prorſus imperuijs molitur, nè materia tàm pretioſa pereat, eaſdemque irrigando, prouidet nè feruore abſumatur; hoc longè prius natura proſpexit: nàm cerebrum maximè frigidum, & humidum fecit, inſigni prætereà mole dotatum in cranco ſecuriſſimè collocauit, & nè tantillum loco moueretur, ſed quieſceret membranâ quadam, quam piam matrem vocant, in hoc oſſeo caluariæ vallo firmiſſimè in circulum vinciuit, & attexuit. Non enim decuit motus principium moueri, vt rectè notauit Philoſophus, & αὐτοψία docet, & ratio. Quæ omnia talem συνδρομὴν naturæ ſagacitate, ac mirâ prouidentiâ ſortiuntur vt incomprehenſibilis animi illa ſumma, atque diuina vis coërceatur, detineatur, ac in officio perſiſtat; cùm diuturniore agitatione, & motu, potiſſimùm ſi contentio accedat, vſu exploratum habeatur ſic inardeſcere, & inflammari, vt inſequatur delirium, quo homo mirabili μεταμόρφωσι in beluam commutetur; idque per longam inediam, non aliter ac per ſtudia haud infrequenter contingere obſeruatum eſt, vt mirum non ſit, ſi ieiunio, & ſtudio ſimul iunctis idem timeatur. Conſilio itaque prudentiſſimè conſtitutum eſt, vt alimentorum in-

Cerebrum non mouetur.

Ariſtot. lib. de Spiritu.

frequentiâ mens libera, qualitate ſecura ſit; nempè ſi rarò, & piſcibus maximè ieiunetur; qui frigidi, & humidi cùm ſint, talem ſuccum exhibent ex quo ſpiritus proueniant animales, durabiliores, & calori reſiſtentes, quique tardiùs inflammētur quàm ex ouis, lacte, & carnibus. Hæc forte is qui à Standonck cognominatus montem acutum Lutetiæ Pariſiorum, & Louanij domum ſibi cognominem exſtruxit, olim intuitus eſt, licet ætas alumnorum diſſentiat, cùm nec bonos piſces habeant, nec ſatis pro incremento nutriantur; quod multi graues, & excellentes viri ſæpe conqueſti ſunt, vt meâ ſanè opinione vtilius à ſuperiore poteſtate ibidem victus imperata forma diſpenſatione mutaretur. De Iaponibus interim fertur quòd dociles ſint, & ingenioſi, quos conſtat non ſolùm parciſſimè, ſed etiam tenuiter admodùm victitare, adeò vt vix piſcibus vtantur, legumina, oriza præcipuę epulę nobilium, & rarò ſatis vſurpantur, alioqui folia colligunt, & ſiccant in annonam: viuunt nihilominùs, & valēt quantumuis medicis deſtituti. In Hollādiâ, & Zeelandiâ quotquot ex piſcatione viuunt, vix vnquàm carnes attingunt: ſed & multis è vulgo paſſim fortuna non carnes ſolùm, ſed & piſces denegat totâ vitâ, vt fere perpetuam ſeruare quadrageſimam videantur. Sed nec Anglis ſatis eſt biduana

Maffeus. Lib. Iaponic. 2. 3. 4. & comment. rerum in oriente geſtarum de æthiopicis. Olaus magnus de victu ſepten.

à car-

à carnibus abſtinentia,niſi(quod omnibus manifeſtum eſt) & additus Mercurij dies icthyophagię obſtringatur:forte quia Cecilius ille ita voluit, & loculis quorundã conducit, non erit tàm frequẽs piſcium vſus noxius ſanitati. Ad hęc cerebri temperamento reſpondens alimẽtum quadrageſimale à calidâ intemperie tuetur,quâ,licet difficulter, capitur tamen, ſi nimiùm rota voluatur, quod contingit violentâ,& immodicâ cogitatione.Ergò piſciũ eſu mentis emotioni occurritur ad eum modum quo phrenitides, maniæ, vigiliæque curantur quæ ſyrupis papauerino,violaceo, è nymphea,ſimilibuſque frigidis,ac humidis vincuntur. Proindè, vt qui, jeiuniũ præceptũ ſalubriter exequatur,certa ſibi tempora pręfigat orandi,edendique,& œconomię humanæ officia cõfundat, det corpori, det menti viciſſim, & oportunè iuxta Medicæ diſciplinę normã, quæ ſatis eſt explicata. Quare rectè Carthuſiani qui ſemper piſcibus victitant,& Minimi,qui quadrageſimalẽ victũ perpetuum profitentur, PP. Benedictini, & Dominicani,& alij ſanctiſſimi ordines nõnulli ex primâ inſtitutione plurimũ, & diu ieiunijs ſe macerant,preſertim à menſe Septembri cum imbrium reditu vſque ad Aprilem orandi tempora partiuntur; vigilias ſomno; famem refectione; mentem quiete; aut ſuaui viciſſitudine temperant, Sanderus de ſciſm. ang.

& optimè, ac diutiſſimè viuunt. Franciſcani quanquàm continuò non veſcantur piſcibus, jejunium in plures tamen partiuntur vices, conſulto ſanè, quòd in Euangelio prædicando, plurimùm corpore laborent, dùm varijs in locis eodem quandoque die, operam ſuam ex affluentiâ caritatis impendunt.

Qui excuſentur à jeiunio ſecundum Medicos?

CAPVT XVIII.

CVM ergò victus talis fuerit, quo non facilè ſanguis inflammetur, ſiue legumina, ſiue piſces, & feliciùs ſuccedet abſtinentia, & mentis exercitia erunt tutiora. Videas in Dyoniſio Carthuſiano ecſtaſim triduanam ſine corporis offenſione crebram, tàm conſtantem vt vel ſine cibo meditaretur, vel ingeſtum quandoque à fratre non animaduertiſſet. Quòd ſi verò jeiunandi Eccleſię forma, ac vſitata edulia, vt ſubinde accidit, nonnullos grauiùs affligant, atque catharros, vertigines capitis, ſtomachique dolores pariant, Medici prudentis conſilio ratio temperetur, quemadmodùm in diuortijs ob alterutrius impotentiam, idq́ue genus alijs cauſis obſeruari ſolet.

let. Rigorem eundem non omnibus conuenire Hippocrates ipſe aureâ ſententiâ indicauit, ætati, tempori, naturę, ac conſuetudini (quibus rectè addideris, regioni, ac climati) aliquid indulgendum docens. Proindè æſtate, & Autumno cibi difficillimè feruntur, hyeme facillimè, ſecundum locum ver habet; ſenes jejunium facillimè ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minùs adoleſcentes, omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores. Qui creſcunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus abſumitur, ſenibus verò parùm calidi innati eſt, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hyeme, & vere quidem ventres calidiores, ideoque copioſum alimentum exigunt, calor quippe introrſum per ἀντιπερίστασιν cogitur ijs anni conſtitutionibus; hyeme quidem, & veris initio, quòd hyemis quaſi natiuam indolem ex ſucceſſione mutuetur. Sed non ſatis eſt ipſum tempus conſiderâſſe, niſi etiam corporum per ipſa tempora diſpoſitionem, quæ humida cùm ſiat, & cruditatibus onerata conſtat minimè alimentis grauanda, quòd plus ſatis calor in centrum coactus inueniat in quę ſe totum impendat, & exerceat. Sed quemadmodùm coniectari oportet an æger cum victu ſufficiat perdurare,

Aphor. 15 lib. 1. *Aphor. 18. lib. 1.* *Aphor. 13. lib. 1.* *Aphor. 14.* *Aphor. 15.* *Lib. 1. aphoriſ.*

donec morbus conſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, ſic etiam expendendum eſt, quouſque, & quatenùs ieiunia quiſpiam & maximè quadrageſimam quiuerit peragere. Etenim pueri excipiendi ſunt, quique adhuc creſcunt, in quibus multum conſumitur. Prægnantes, & lactentes quòd plures alant pluri cibo indigent: infirmi, & ſenes, non tàm crudi illi, & ὠμογέροντες virentes ab anno quinquageſimo ad ſexageſimum (de quibus Hippocratis paulò ante citata verba intelligenda ſunt) quàm decrepiti, ſæpius & parùm nutrimenti poſtulant, quòd calor in illis debilis ſit, & ob partium duritiem tardior ciborum diſtributio. Denique viatores, foſſores, meſſores, helcyarij, baiuli, fullones, fabri, ceteraque operariorum turba, quandò confertim, & plurimùm exhauriuntur, iuſtâ ratione à ieiunio excuſantur: nec minorem noxam à ciborum priuatione experiuntur φιλόμουσοι qui plurimùm ingenio, & voce contendunt, quos priùs ex Eccleſiæ archiuis deſcripſimus. Bilioſi quoque, & ad choleram procliues inediam ferendo non ſunt, quòd magis accendantur, & turbentur humores; à piſcium tamen eſu non poſſunt excuſari, ob contrarietatem temperamenti, piſces enim frigidi & humidi, illi verò calidi & ſicci. Vt in ſummâ dicam idque inge-

Arnoldus Villano Introduct. cap. 66.

ingenuè, nemo de abſtinentiæ legibus vllo iure conqueri poteſt, cùm ſi valetudo firma fuerit omnis noxæ occaſio prudentiſſimè præſcindatur: ſin autem infirmior, aut debilis, eximatur. Iàm verò etiam lacticiniorum pleriſque in locis vſus conceditur, tùm quòd natura humana tempore atteratur, tùm quòd maleuolis occurrendum indulgentiâ ſit, & pietatis vigor deferbuerit; quanquàm olim inter remedia quæ corporis ſanitatem conſeruant duo fere præcipua habita ſint, ſcilicet abſtinentia à cibo, & potu decimo quoque die adhibita, & vſus potus ſalubriſque inter alia in libro quodam vetuſto in bibliothecâ Segebergenſi ſe reperiſſe fatetur Ranzouius, cui titulus, Alexander de ſecretis ſecretorum, ſiue de regimine Principum, qui quanquàm non erat perfectus, videbatur tamen compoſitus, inquit, tempore Auguſti, quod apparebat tùm ex inſcriptione quæ ad Mœcenatem erat, tùm ex puritate dictionis. Hæc ille. Cui hæc duo remedia ad vitam longam, & ſanitatem integram conſeruandam non parùm momenti adferre etiam viſa ſunt. Certo item hoc ſibi quiſque perſuaſum habeat jeiunio, & abſtinentiæ non deeſſe voluptatem, nàm Ranſon. c. 23. de valet. conſeruanda.

In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris
Principium cænæ gobius eſſe ſolet.

niſi quis inuitus ſuſcipiat, nec fere inferre detrimentum, niſi ex proprio errore, ingluuie, immodeſtiâ, ac negligentiâ ſibi hoc quiſpiam concilict, ſic enim ieiunij fructum facilè perdunt, & magnâ iniuriâ ſeſe afficiunt: cuius præclaras, & neceſſarias dotes ijs commendatas eſſe velim qui ſuam valetudinem caram habent, & quod multorum exemplo conſtat, diu feliciterque viuere deſiderant, menti denique, ac orationi vacare, quod eſt præcipuum officium hominis Chriſtiani.

FINIS.

IN LIBRVM MEDICO-ECCLESIASTICVM CL. D. IOANNIS VVALTERII VIRINGI Medicinæ Hierophantæ.

NATVRÆ *imperio Leges pugnare ſacratas,*
Non vna è Rheni rana palude tonat:
Fraudari genium grunduli Grunnius olim
De grege clamauit, cui popa venter erat.
Sic ſua tendebat vacuo perplexa palato
Retia, venatrix ingenioſa, Gula!
Non tulit hanc falſo prætexi nomine culpam
VIRINGVS, *ſtadio clarus* HYGÆA *tuo:*
VIRINGVS, *Grudium quo decedente Lycæum*
Poſcit adhuc caro ſuppetias capiti:
VIRINGVS, *præluſtre Chori iubar Atrebatæi,*
Gemmato MARIÆ *ſardius in ſtrophio.*
Cedo, ait; & facili dirimam virtute duellum,
Captus in amplexus hoſtis ab hoſte ruet.
Non Troiam vt capiens ibat captiua iuuentus,
Non vt equum capiens Phryx modò captus abit;
Sed velut implexis conſpirant vitibus vlmi,
Et velut à ſociâ purpurat vua ſuâ.
I nunc, vane pepo, bellorum finge timores:
VIRINGVS, *poſitâ lite, ſequeſter erit.*

Heribertus Roſvveus Societatis IESV.

CLARISSIMO
D. I. VV. VIRINGO DOMI-
NO, ET COGNATO.

SANAM *qui mentem rogitas in corpore ſano,*
Sanus & ætatem viuere neſtoream;
His, tibi VIRINGVS *quas ſcribit, legibus vti*
Diſce, valent animis, corporibuſque valent.

Iacobus van Haecht I. V. Doctor.

IOANNES
VVALTERIVS VIRINGVS
O VNVS VRGENS ALTIVS IEIVNARI,
O IEIVNARI LIBER VRGENS ALTIVS VNVS,
Sit ſat, id arcanum nomen, & omen habet.

In errorem pſeudomedicorum Leon. Fucchij, & Iani Corn. de jeiunio Verni temporis.

FVCCHIVS obfuſcet veris jeiunia falsò,
Sit tui hic erro ſequax Iouiniane Iouis,
Aërio ſufflet, Brentinis afflet oletis,
Scripta Lutheriaco commaculétque luto,
Caluitio obnubat Caluinia tempora, Fuſcas
Orci & ſub verno rore propinet aquas,
Sit Leo non nardus, Stygij at Sardoa Leonis,
Non odor hinc nardi, ſed ſtygis ardor olet;
Ianus olens, ſine fronte bifrons, Cornarius hircum,
Cornibus Abromios adferiátque ſuis,
Erret vterque tenax Bromij patronus, & altè
Vrgeat hoc vetitis Gurges vterque cibis,
Tu jeiunari quàm quiuis altius vrges,
Et tuus ò vnus Magne VIRINGE liber.

Gulielmus Opſtael Medicus Valentianus.

IOAN-

IOANNES VIRINGVS.
VIR INGENIO SANVS.

IGNAVIS hominum, timidiſque infamia turpis
Tanquàm ſemiuiris ſemper inuſta fuit.
Perpetuò magna eſt ſectatus, & ardua magnus
VIRINGVS, ſpreuit vilia, temſit humum.
Corporibus medicâ, Paulinâ conſulit arte
Mentibus: hic teſtis miſtus vtrâque liber.
Sunt, quibus ingenium dederit natura, Deusque
Prauo ſunt animo, iudicioque carent.
Sana huiuſce viri doctrina: Eccleſia quicquid
Sentit, idem ſcriptor ſentit, idemque docet.
Laus hæc quanta? VIR eſt, excellit acumine mentis:
INGENIO SANVS non niſi recta probat.
Nomine nec ſolo ſunt hæc teſtata, probantur
Moribus, ingenij fœtibus, artis ope.

Antonius Meyerus.

IOANNES VVALTIERIVS VIRINGVS

ANAGRAMMA.

En Vigor vnus ſalutaris jeiunî.

PHOEBI munera quo libelle prodas,
Dei munere quin libelle prodis?
Seu ſedes animi, comeſque corpus,
Fibris nutriat artuum Dolorem;
Seu mentem nimium malignus hoſtis
Curarum vehat orbe non quieto;
Dat certam liber vnus hic ſalutem:
Ieiuni vigor vnus hic ſalubris,
Et mentem iuuat, artuum & medetur.
O libri facilem beatitatem!
Phœbi munera qui libelle prodis,
Dei munere quin libelle prodis?

VIRINGI hic fætus; formam vel cæpit ab ipſo:
Nulla parem meliùs picta tabella tulit.

Rob. Roza Valencen.

EPI-

EPIGRAMMA
AD LECTOREM,

Philippi Meyeri Atrebatij.

VOs, quibus eſt cordi lautis accumbere menſis,
Et certare mero ſolidis potando diebus,
Hinc procul ite, ſatur quibus eſt pro Numine venter;
Scilicet haud vobis dîas emiſit in auras,
Ingenij monimenta ſui, lacerantia luxum,
Nobilis inſigni VIRINGIVS arte medendi.
Nil, niſi ſobrietas doctis laudata libellis
Suadetur, virtuſque malo contraria Como.
Aurea qui penitus fuerit præcepta ſecutus;
Percipiet, gemino donatus munere, frugem;
Incolumem longos vitam producet in annos,
Nec podagræ, nec erit morbis obnoxius vllis;
Denique poſt obitum, iàm ſobrietate piatam
Flagitijs animam, radiantibus inferet aſtris.

CENSVRA.

HI quinque Libri *De jeiunio, & abſtinentiâ,* ab eruditiſs. clariſſimoq́ue Medicinæ Doctore, preſbytero, Domino IOANNE VIRINGO conſcripti, quibus & ſanctiſſimus Eccleſiaſtici jeiunij ritus ab improbis ſectariorum calumnijs vindicatur, & ſalutaris abſtinentiæ modus oſtenditur, meo iudicio planè digni ſunt, quos legant omnes ij quibus vtriuſque hominis tàm interioris, quâm exterioris in hoc abſtinentiæ, & jeiunij genere iuuandi, curandiq́ue ſtudium eſt, Duaci die quintâ Februarij anni 1597.

Guilielmus Eſtius ſacræ Theologiæ Doctor, & diuinarum literarum in academiâ Duacenſi Regius, ordinariusq́ professor.

Hos quinque *De jeiunio, & abſtinentiâ* IOANNIS VVALTERII VIRINGI Medicinæ Doctoris, preſbyteri, & Eccleſiæ Cathed. B. Mariæ Attrebatenſis Canonici libros, in quibus piè, & ſolidè oſtendit jeiunium Eccleſiaſticum non ſolùm animę., ſed & corporis ſalutem, temporalemq́ue Reipublicæ vtilitatem promouere, cum magno fructu typis excudi poſſe ſentio. Ianuarij 12. 1597. Iacobus de Bay S. Theol. Doctor, & regius in academiâ Louanienſi profeſſor.

LIBROS quinque Clariſsimi viri IOANNIS VVALTERII VIRINGI Medicinæ Doctoris, Confratris mei amantiſsimi de abſtinentia,& ieiunio tractantes: iudico eſſe admodùm vtiles, & dignos qui typis excudantur. Nec eſſe in eis quidquam quod ſacris Eccleſiæ Catholicæ, & Romanæ ſanctionibus aduerſetur. In cuius rei fidem ſignum manuale meum hic appoſui 12. Februarij 1597.

Franciſcus Mangrè Eccleſiæ Atrebatenſis Canonicus, & Præpoſitus.

Hi quinque Domini IOANNIS VVALTERII VIRINGI Canonici Atrebatenſis, & Medicinæ Doctoris de Medico eccleſiaſtico ieiunio miſcelli libri & prelo, & cedro digni ſunt: cùm ad animi, corporiſque curam, & ad Eccleſiæ, medicorumque de abſtinentiâ præſcripta confirmanda aduerſus gaſtrimargos, lurcones, & helluoſos noſtri ſeculi hæreticos impendio conducant. Atreb. 26. Martij 1597.

Guilielmus Gazæus Arienſis, parœciæ S. Mariæ Magdalenes apud Atrebatenſes Paſtor, librorumq; Cenſor.

GVILIELMO RIVERIO
TYPOGRAPHO ATREBAT.

QVID poſsit Typographus arte, ac fideſtuus hic labor RIVERI demonſtrat. Dignus profectò bonâ fortunâ : agnoſcent, & fatebuntur quotquot periti iudices, ac ſynceri; prælum, character, nitor teſtantur. Exemplo eſt breuiſſimo tempore opus perductum ad finem : nempè PLANTINI RIVERIÆ es germanus nepos. Id cauſæ cur te vnum delegerim, cui Copiam *Librum de jeiunio, & abſtinentiâ* imprimendi facerem, ex mente Max. Cathol. noſtri Regis, & ceteris, ni conſenſero, inhiberem. Vale. Atrebati è Rigiacis inanté-diem Cal. Aprileis. M. D. XCVII.

IOAN. VVALTERIVS VIRINGVS.

Per Regem in Secreto Concilio Bruxellis 1597. *Ian.* 23.



Signat.

Berthj.

6-2-1